sa: ⁊ habet esse causa generationis. Attende secūdo ꝙ de igne puro qui cōtinetur a superficie concaua orbis lune quorūdam veterum opinio fuit vt tāgitur in principio libri de proprietatibus elementoruꝫ ꝙ non est elementum: quoniam gignitur ex confricatione orbis lune cum corpore aeris: sicut ex collisione lapidis cuꝫ fusili vel fossorīj cum lapide aliquo excutitur ignis. Sꝫ hec opinio falsa plura supponit. s. ꝙ sphera lune tangat aerem: ⁊ ꝙ motus sphere illius sit confricatiuus: ⁊ ꝙ ꝯfricatio dicte sphere que nec est dura nec mollis cuꝫ non constet ex elementis cuꝫ aere qui non est durus eliciat igneꝫ: ⁊ dato ꝙ hec omnia vera forent non sequitur ex his quin ignis sit elementum cuꝫ vnum elementoꝝ ex alio generari possit siue causa celi siue aliunde. Attende tertio ꝙ quidam vsqꝫ ad hoc insanuerunt vt negarent ignem esse in propria sphera. Primo: q꞉ de nullo videre ibi seruire. Non eniꝫ indiget celum vt calefiat ab igne: neqꝫ igni suppositus aer: nec est ibi mixtuꝫ aliqḋ egens igne. Item prohiberet suo fulgore visioneꝫ celi ⁊ astroruꝫ: q꞉ mediaret inter celum ⁊ visum. Item cuꝫ sit agentissimus propter caloreꝫ ipsius intensissimum iunctum siccitati que est lima caloris: vt ait Auerroys cum adiutorio planetaruꝫ calidoruꝫ vt sole marte ⁊ ioue destrueret reliqua elementa ⁊ vreret plantas ⁊ animalia presertim in estate. Ad primuꝫ dic ꝙ ignis in sphera sua viuificat cum stellis influentia sua inferiora. Secundo temperat influentiam frigidaꝫ lune ⁊ saturni. Tertio calefacit supremaꝫ regioneꝫ aeris que debet esse calida ⁊ per antiparistasim infrigidat mediaꝫ que debet esse frigida propter causas que narrantur primo methoꝝ. Ad secunduꝫ dic ꝙ in sphera propria ignis nō est coloratus actu neqꝫ lucidus sicut nec aer purus. Iuxta id Auerroys super primo cantice canticoꝝ Auicēne tex. 15. Est autem ignis iste super aerem in concauo celi ⁊ orbis nec habet coloreꝫ in actu: quoniaꝫ color est proculdubio res accidens huic igni sensibili eo ꝙ in corpore terrestri existit: nec etiam videtur vt lucidus: quia non terminat visum pre nimia subtilitate. Ad tertium dic ꝙ sicut ignis est agentissimus: ita est minime resistentie ⁊ ipsius actiuitas a pluribus reprimitur vt a planetis frigidis ab aeris humiditate ⁊ a frigiditate medie regionis aeris ⁊ inferiorum elementoruꝫ.

Duo autem ⁊c. In hac. 7. parte comparat prin. elemēta grauia leuibus dicens ꝙ duo grauia. s. terra ⁊ aqua plus iuuant ad generationem membroruꝫ ⁊ quietem eoruꝫ q̄ꝫ ignis ⁊ aer. Et duo leuia videlicet ignis ⁊ aer plus iuuant ad generationeꝫ spirituuꝫ ⁊ motioneꝫ eoruꝫ: ad hoc scilicet vt ipsi spiritus moti moueant membra: licet motor non sit nisi anima. Finaliter concludit prin. hec sunt elementa: scilicet terra aqua aer ⁊ ignis: de quibus dictū est quātuꝫ sufficit in medicina. Arguet hic aliquis ꝙ elementa grauia non plus iuuant ad generationeꝫ mēbrorum ⁊ eoruꝫ quieteꝫ. Primo q꞉ elementa grauia sunt ambo frigida: ⁊ generatio mēbroruꝫ est operatio virtutum immutatiue ⁊ informatiue: sed frigiditati essentialiter inest vt sit omnibus virtutibus contraria: quoniā omniuꝫ virtutum operationes per motuꝫ existunt: ⁊ frigiditas est paraliticū faciens ⁊ mortificans vt ait prin. capitulo tertio doctrine sexte fen prime huius primi. Iteꝫ omniuꝫ mēbroruꝫ vita sicut ⁊ animantiuꝫ in calido ⁊ humido consistit: vt ait Aristotelis libro de morte ⁊ vita: ⁊ id experientia docet: quia viuentia quecūqꝫ dum aresiunt ⁊ depauperantur naturali calore tendunt ad mortem: aer ergo qui calidus est ⁊ humidus plus iuuare videtur ad generationeꝫ mēbroruꝫ. Item aqua de se est multuꝫ mobilis ⁊ fluida: debet ergo mēbra potius iuuare ad motuꝫ q̄ꝫ ad quietem. Iteꝫ mēbra omnia relicta nature sue mixtionis contendunt ad terraꝫ: terra ergo videtur plus in eis iuuare ad motum q̄ꝫ ad quieteꝫ. Oppositum dicit hic prin. Dic ꝙ elementa grauia modo materie vel materialis cause plus iuuant ad generationeꝫ mēbroꝝ ⁊ leuia magis modo cause efficientis vel instrumentalis ad opera anime. Humiduꝫ eniꝫ aqueū sicco terreo immixtuꝫ est materia viuentiuꝫ cuꝫ paucis partibus ignis ⁊ aeris ad temperanduꝫ alia. Iuxta id Aristo. quarto methoruꝫ tex. 29. Propter hoc auteꝫ omnia terminata corpora hic non sine terra ⁊ aqua sunt. Cuiuscūqꝫ autem plus ɓm potentiaꝫ habet: vnumquodqꝫ videtur. In aqua ⁊ in terra animalia solum sunt. In aere auteꝫ ⁊ igne non sunt: quia corporuꝫ materia hec: scilicet aqua ⁊ terra. Sed queret aliquis inter grauia elementa quod magis iuuat ad mēbroꝝ generationē ⁊ ipsoꝝ quieteꝫ. Dic ꝙ terra: naꝫ relicta sue nature terrā petunt vt locū eis naturalē ⁊ in terrā resoluunꝛ multo abūdantius q̄ꝫ in alia elementa. Uides. n. cadauer cito terrā fieri. Iuxta id. Memēto hō q꞉ cinis es ⁊ in cinereꝫ reuerteris. Ad primū obiectū dic ꝙ probat dūtaxat elemēta leuia modo instrī subseruire magis generationi sꝫ non modo materie. Ad scōm dic ꝙ vita cōsistit in calido ⁊ humido actu qui ad principiuꝫ vite qḋ est cor aut ei pportionale vel ad opa anime exercenda non quo ad primam mēbroꝝ ex elementis mālez cōpagineꝫ: nec intellige Aristo. voluisse lib. de morte ⁊ vita ꝙ omne viuēs sit calidū ⁊ humidū a dn̄io ex prima elemētoꝝ cōmixtione: stulta eniꝫ ⁊ velut insensata esset assertio ꝙ mandragora papauer iusquiamus ⁊ scorpio que pre nimia frigiditate occidunt hoīeꝫ sint a dn̄io calida. s. vltra tēperamentū: sed intellige ab Aristo. ꝙ omne viuens hꝫ caliduꝫ ⁊ humiduꝫ sub certa mensura ad opera sue anime exercenda sub qua mensura stat vita eius ⁊ desinit esse viuens cū ab eo recesserit: vel ꝙ est calidū ⁊ humiduꝫ respectu suiipsius mortui. Iuxta id Gal. 2. de cōplexionibus ca. 1. Corpus nāqꝫ viuuꝫ cū cōparatur corpori mortuo inueniꝛ viuum calidius ⁊ humidius mortuo: viuus nāqꝫ leo calidior est ⁊ humidior leone mortuo. Et pp hoc dixerunt antiqui ꝙ aīal est calidū ⁊ humidū non ꝙ caliditas ⁊ humiditas in ipso absolute vincant cum multa aīalia frigida ⁊ sicca videamus: sicut sunt musce apes ⁊ formice: imo non dꝛ de aīalibus ꝙ in ipsis vincant caliditas ⁊ humiditas nisi cuꝫ cōparantur mortuo ex ipsis: hec Galienus. Ad tertiuꝫ dic ꝙ licet aqua sola sit fluida ⁊ apta ad spargendum: ipsa tamen mixta cum sicco fixionem adipiscitur ⁊ siccum constare facit. Uel dic ad tertium ⁊ quartum simul ꝙ elementa grauia iuuant ad quietem membrorum oppositam motui voluntario specialiter motui sursum ⁊ ad latera. Nam sua grauitate con-

¶ Doctrine tertie de complexionibus. Capitulum primum.

¶ Doctrine tertie de complexionibus. Capitulum primum.

Complexio ẽ qualitas que ex actione adinuicem ⁊ passione contrariarũ qualitatum in elementis inuentarũ prouenit quoꝝ partes ad tantam puitatem redacte sunt: vt cuiusq; earum plurimũ contingat plurimuz alterius. Cum enim adinuicem agunt ⁊ patiuntur suis virtutibus: accidit in earum summa quali-

c Omplexio est ⁊c̃. ¶ Post distinctionem de elemẽtis dicit de complexionibus q: fit ex qualitatibus elementoꝝ. Et primo de complexione determinat in abstracto magis siue absolute siue in generali: ſo magis incõcreto siue in ꝯtrahẽdo siue magis in speciali: ibi ſa[Dico ꝙ deus] In fine autez capi. de etatibus excusat se ⁊ potest dici pars tertia: prima in duas: primo ponit diffi. complexionis: ſo ponit diuisionẽ: ⁊ in fine capituli cõcludit siue ponit finez: ibi ſa[Et illud est.] Prima in duas: primo ponit diffi. ſo declarat: ibi ſa[Cum eniz.] Cõsiderandum ꝙ complexio non est mixtio: q: mixtio est corpoꝝ sed complexio est qualitatuz ⁊ illamet res que dicitur ꝯ° q: forma ex qualitatibus facta dicitur calor naturalis inquãtuz vicit ibi caliditas: ⁊ ideo in libello de rigore ⁊ tremore ⁊ iectigatiõe ⁊ spasmo. dicit Gal. ꝙ ex calido ⁊ frigido sicco ⁊ humido est mixtio caloris naturalis: ⁊ hec eadem ꝯ° in certa mensura est sanitas in complexione. Considerandũ ſo ex actione ⁊c̃. q: ex transmutatione qualitatuz fit cõplexio sicut ex trãsmutatione in substantia elementoꝝ fit substantialis forma. Considerandũ tertio quoꝝ partes q: per diuisionem ad partes paruas actio ⁊ pax° melius fit cum agens magis intrinsece attingat passum. Considerandum quarto plurimũ vel minimum: dixit ergo plurimũ q: non quodlibet minimuz formale cuiuslibet elementi potest tangere vel tangi a quolibet minimo formali alterius elementi: ratio est: q: elementum aliquod vt terra ⁊ aqua est in maiori quãtitate molis q̃z ignis in generatione mixtorũ: ⁊ ideo ad plura minima diuiditur terra ⁊ aqua quã ignis ergo non quodlibet minimũ tangit: ⁊ tangitur ſm plurimum q: plurima minima: saluatur autem littera que dicit minimũ: q: contactu virtuali qui ostenditur per actionẽ in contactu quodcũq; minimuz vnius elementi tam formale quaz materiale ab alio tangitur. i. transmutatur: vnum enim minimũ formale ignis positũ iuxta duo formalia aque: potest dici ꝙ tanguntur illa inquãtum agit super illa tota. Hic essent dubitationes derelicte a philosopho primo an minima que erant sub formis elementorũ cum nunc sunt sub forma mixti iuxta ponantur: ita ꝙ homo possit imaginari a pũcto huius mixti vsq; ad istum est mã que fuit sub forma aque: ⁊ sic sub forma ignis ⁊ ab isto puncto imaginato ad istuz fit materia que fuit sub forma aque ⁊ sic de alijs. Ego enim credo ꝙ sic ⁊ in hoc. i. propter hoc saluo difformitatẽ omnis mixti. Secunda du° est qd est illud ex quo ille qualitatis vniuntur in formaz vnã complexionalem: causa aũt dubitationis est nã calidum ⁊ frigiduz elemẽtorum sunt sicut materia cõplexionis mixti: ⁊ ꝯ° mixti est aliqua res que nõ est aliquid illorum. Per istam dubitationem dicunt quidam ꝙ nunq̃z fieret vna ꝯ° daretur agens ab extra cuius virtute actiua vna fit illa vna cõplexio ex q̃litatibus pluribus. Causa aũt alia dubitandi in hoc est: nam si calidum aeris ⁊ ignis est vnius speciei ⁊ siccum terre ⁊ ignis etiam sunt vnius speciei ⁊ sic de alijs: est querendũ: quare ex cõcursu quatuor elementoꝝ resultat ꝯ° vna ⁊ ex actione ignis in aquã non resultat vna ꝯ° inter calidum ⁊ frigidum: cum aũt aqua fit ignis in tota transmutatione transit per oẽm partem caliditatis ⁊ frigiditatis ⁊ per totam latitudinem istaꝝ qualitatum: ⁊ per consequens transit per talem frigiditatem qualis est frigiditas terre ⁊ per talem caliditatez qualis est caliditas aeris: ergo deberet posse fieri in aq̃ cõplexio inter calidũ ⁊ frigidum talis talis est ꝯ° mixti alicuius: ⁊ si subtiliter consideras poteris probare ꝙ in ipsa aqua solo igne agente poterit fieri talis siccitas qualis est aliqua pars siccitatis. s. qualitatis sicce que est in terra: ⁊ aliqua pars humiditatis inuenitur in hac transmutatione que ẽ talis qualis est aliqua pars hũiditatis reperte in aere: ergo integra complexio mixti fieri põt: ⁊ q: cõplexio preparat ad formaz ex aqua ⁊ igne poterit fieri verum mixtuz: ⁊ qui tenet ꝙ q̃litates differant specie. s. calidũ ignis ⁊ calidum aeris leuiter soluit rationem: qui autem tenet ꝙ differant ſm magis ⁊ minus difficulter soluit: dicet tamen ꝙ lz ibi sit materiale complexionis. s. qualitatis tamen non est agens. s. mixtum quod dat formaz ⁊ vniat illas qualitates: ⁊ tunc dicitur ꝯtra: pone ꝙ quoddam mixtum tangat ab vna parte totam istam aquã quã ignis trãsmutat ⁊ pone ꝙ nil agat in aquã vsq; ad tempus vel instans in quo aqua hz proportionem partium istaꝝ qualitatum qua possunt vniri in aliam formã istius mixti: ⁊ tunc agens agat: ergo fiet mixtum. Ista dimitto alijs. ¶ Dubitat cõiter pro medicis vtrũ ꝯ° sit sba. Gal. enim in libro primo de vtilitate partiuz. 9. ca. ⁊ primo de iuuamentis membrorum: ſo ca. ⁊ in libro de secretis ponit cõplexionem sbam membroꝝ consimiliũ ⁊ Haly. trac. secundo ꝯmen. 27. dicit ꝙ complexio est sba virtutis. In contrarium Auic. dicitur quosdam dixisse ꝙ ꝯ° comparata membro est principium actionis ⁊ est accidens: ⁊ comparata operationi est sba: sed isti ignorant ꝙ illud quod est vni accidẽs non est alteri sba: vt ſo phioꝝ. 10. cõmento. 8. metaphi. 2. ꝯmento. Dicendum igit ꝙ complexio est accidens: quia fit ex accidentibus. Sed Gal. vocauit complexionẽ sbam improprie sicut dicimus de rebus multuz intrinsecis ⁊ appropriatis alicui ꝙ sunt de sba illius rei: cõplexio autez est res a qua pendent nostre operationes: vnde oium membroꝝ operationes ad complexionẽ reducuntur sicut ad principale instr̃m virtutis vel anime. Gal. in predictis locis intellexit: ⁊ in septimo ter. secundo ca. ⁊ primo de accidenti ⁊ morbo.

a ¶ Cum enim ⁊c̃.] ¶ Dicit Bartholomeus ꝙ Aui. ponit hic vnam aliam diffinitionez cõplexionis que sumitur ab ipsa essentia complexionis. Et dicit ꝙ cõplexio est qualitas similis in toto mixto diffi. aũt q̃z primo dedit de complexione sumitur a modo ꝓuentus cõplexionis: cã autẽ quare dicit Dy. ꝙ h̄ ponit diffinitionẽ ⁊ non declaratiõez est: q: tunc Aui. ꝯtradiceret sibi q: supra dixit ꝙ medicus non dz declarare sua principia. Nos dicamus ꝙ Aui. declarat hic diffinitionẽ: non tñ vtitur vijs probatiuis: sed narratiuis: ⁊ talis declaratio principioꝝ põt dari in scia: primo ergo declarat qd ꝓuenit ex actione ⁊ passione qualitatũ elementoꝝ: q: plurimũ tangit plurimũ: ſo declarat ꝙ dixit ex actione qualitatũ in elementis inuentaꝝ: ibi ſa[Et qm̃] Dicit primo. Cuz enim ⁊c̃. ita ꝙ ad minima se tangũt accidit in eaꝝ summa. i. cuz assummant ⁊ vniunt accidit q̃litas que est ꝯ°. Considerandũ in toto earũ dupl̃r exponit: primo accidit q̃litas in toto. s. sbo eaꝝ. s. qualitatũ similis: q: nõ datur ps mãe que prius esset sub forma elemẽti in qua nõ sit ista cõplexio: ergo ipsa est in toto sbo

Jacobus De partibus

traoperantur: vel resistunt aliquo modo virtuti motiue voluntarie trahẽtia membra deorsum. Cuius rei signum est ꝙ senes a senio ⁊ debilitati in neruis tremunt: q: virtus voluntarie motiua debilitata in talibus manifeste leditur ⁊ impeditur a naturali grauitate membroꝝ: sed ad motum naturalem vel voluntarium membroꝝ deorsum elementa grauia iuuant dum membra sunt sursum: ⁊ quando sunt deorsum in loco proprio sue grauitati iuuant ad quietẽ. ¶ Dubitabit aliquis si membra mouent a spiritibus vel a seipsis vel ab anima. Arguitur ꝙ a spiritibus: quoniam interceptis vijs spirituũ a cerebro vel nucha ad mẽbra motiua statim cessat motus vt in apoplexijs ⁊ paralysibus: ⁊ hoc est q: spiritus qui mouere solent mẽbra non libere transeunt ad ea: sed ꝙ ipsamet membra se moueant. Aristoteles velle videtur. 8. phisicorũ tex. 28. Mouetur enim inquit animal ipsum a seipso ⁊ sic dici potest de mẽbris. Itez primo de anima tex. 64. Dicere inquit irasci animam simile est ac si aliquis dicat animam texere ⁊ edificare. Melius enim fortasse est non dicere animã misereri aut addiscere aut intelligere: sed hominem anima. Et id contrariuz videtur illi quod dicit hic prin. s. ꝙ motor membroꝝ non est nisi anima. ¶ Dic primo ꝙ anima est motor principalis. Iuxta id Aristotelis ſo de anima tex. 8. Est autem anima corporis viuentis causa ⁊ principiuz ⁊ namq; vnde motus ipsa est. i. causa mouens: ⁊ cuius causa. i. causa finalis ⁊ sicut substantia. i. forma eius: ita ꝙ se habet ad corpus viuens in triplici genere cause. Dic secũdo ꝙ spũs ⁊ musculi sunt causa instr̃alis voluntarij motus: q: mouent vt mouẽtur ab anima. Dic tertio ꝙ non est error imo propria locutio dicere ꝙ mẽbra se mouent per animã aut virtutes: inde patet ad obiecta responsio.

¶ Doctrine tertie de complexionibus. Capitulum. i.

c Omplexio est ⁊c̃. ¶ Hoc caplm sex habet partes. Prima est de diffinitione complexionis. Secunda de diuisione ipsius rationali absoluta ibi[Et qm̃ virtutes] Tertia de complexione ad iusticiam ⁊ modis eius ibi[Debes autem scire] Quarta de complexione ibi[Debes autez scire] Quinta de complexionibus distemperatis ibi[Postq̃z igitur] Sexta instruit medicum ibi[Medicus autem.]

¶ In prima parte prin. primo diffinit complexionez. Secundo declarat diffinitionem eius ibi[Cum enim adinuicem] Dicit ergo primo ꝙ complexio est qualitas que prouenit ex actione ⁊ passione adinuicem ꝯtrariaꝝ qualitatũ. s. caliditatis frigiditatis humiditatis ⁊ siccitatis inuentaruz in elementis: quorum. s. elementoꝝ partes redacte sunt ad tantam paruitatem vt plurimũ cuiusq; eaꝝ vel minimuz vt quidã libroꝝ habent contingat. i. simul tangat plurimum alterius. Secundo dicit ꝙ cum qualitates vel partes elementoꝝ agunt ⁊ patiuntur adinuicem suis virtutibus i. suis virtuosis potentijs vel qualitatibus: accidit in summa. i. recollectione seu coniunctione earuz qualitas in toto mixto similis earum in virtute. s. ita ꝙ virtualiter comprehendit omnes primas qualitates que est complexio. ¶ Attende primo ꝙ cõplexio est qualitas de prima specie qualitatis. s. habitus vel dispositio. Habitus quidem est complexio naturalis vel aduenticia que longitudine temporis consuetudinaris effecta est. Dispositio vero complexio faciliter mobilis a subiecto. ¶ Sed instabit aliquis qualitates prime sunt de tertia specie qualitatis. s. passione vel passibili qualitate: vt ait Aristo. in predicamẽtis exemplificans de his. Ergo ⁊ complexio que vel eadem est cum eis realiter vel eundez habet inherentie modum ⁊ eadem principia originis. Dic ꝙ esse qualitatum primarum consistit non in quale reddere proprium subiectum: sed in inferre actu vel aptitudine sensui passionem: sicut mel non iccirco dicitur dulce: q: sit aliqd passum: sed q: gustui passionez infert. Vel dic ꝙ nihil prohibet calorẽ ⁊ frigus ⁊ alias qualitates primas diuersis respectibus sub prima ⁊ tertia speciebus qualitatis reponi. ¶ Attende secundo ꝙ complexio non sortitur vniuersaliter ⁊ immediate esse ex actione ⁊ passione qualitatum primarum in elementis inuentarum nisi per complexionem non qualemcũq; mixturam primaruz qualitatum intellexeris in eodem mixto: sed solũ illam que resultat ex qualitatibus elementorum componentium mixtum. Febris nãq; introducta a sole cõmuni nomine mala complexio nominatur: ⁊ frigiditas introducta a luna. Neutra tñ prouenit ex actione q̃litatũ inuentaꝝ in elementis. Intellige ergo diffinitionez cõplexionis de cõplxone cõgenita vel ei simili. ¶ Attẽde tertio ꝙ ad complexionez proprie dictã reqritur tanta elementoꝝ cõminutio seu diuisio vt nulla pars elementi vnius a quocũq; sensu q̃ztũcunq; viuaci ꝑcipi valeat nõ immixta ꝑtibus alterius elementi: imo reqritur ꝙ quodlibet minimuz formale vnius elementi tangat minima formalia alioꝝ elementoꝝ. Minimuz formale dico id ex elemento qd̃ suam sufficit saluare formaz. Et si vltra diuideret statim desineret esse. Tale aũt dabile est tam ĩ mixtis q̃z in elementis: ſz minimuz mãle non est dabile cũ omne continuũ diuisibile sit in semp diuisibilia. 6. phy. ¶ Attende. 4. ꝙ de quidditate seu sba cõplexionis opinio quorũdam fuit ꝙ realiter distincta est a q̃tuor qualitatibus primis. Et id innuere vr̃ hic ꝑn. Primo cũ dicit in diffinitione cõplexionis ꝙ ꝓuenit ex actione ⁊ passione ꝯtrariarũ qualitatũ: nihil. n. ꝓuenit ex se. Scd̃o cũ dicit. Cũ. n. adinuicẽ agunt ⁊ patiuntur: accidit in toto q̃litas similis. Similitudo autẽ est ad alterũ: naz similitudo est rerũ differentiũ eadẽ q̃litas. Tertio cũ dixit ca. 2. doc. 1. fen prime primi. In cuiusq; autẽ rei cõpositione ⁊ alteratione que sic ponit ad aliquã ꝓuenit vnitatem. Et hec vnitas ad quaz hmõi reuertitur multitudo aut est cõplexio aut forma. Qualitates aũt prime nõ sunt vnitas. Itẽ q̃litates prime differunt a cõplexione ꝓprijs subiectis: ergo nõ sunt idem realiter: ꝯña tenet qm̃ accidẽtia sumunt esse ⁊ distingui a proprijs subiectis ⁊ numerant numero subiectoruz. Accidentis. n. esse est inesse. 7. metha. tex. 2. Et in diffinitione accidentis cadit subiectũ propriũ in obliquo per modũ differentie: vt simitas diffinit ꝙ est nasi curuitas. Assumptuz probat q: subiecta ꝓpria primaꝝ qualitatũ sunt elemẽta subiectũ aũt cõplexionis est corpus mixtũ: nec potest saluari cõplexio in quocũq; vno elemento. Itez q̃litates prime suscipiunt intensionẽ ⁊ remissionem: Dicit. n. vna caliditas intensior caliditate alia cõplexio vero non. ¶ Alia est opinio dicentiũ ꝙ cõplexio est calor nãlis vt contemperatus a qualitatibus alijs. Ipse. n. est velut forma ⁊ pfectio oiuz consimiliũ mẽbrorum vt aiunt ⁊ instr̃m propriũ oium virtutũ. Tertia est opinio non repugnans prime. s. ꝙ cõplexio

ſm esse

to subiecto similis. Secundo modo accidit qualitas in toto.s.subiecto similis eaꝝ.i.ſm similitudinē eaꝝ qualitatum in proportione: qꝛ sicut qualitas excedit: ita ſꝫ illaꝫ denominat̄ cōplexio ⁊ dicitur cōplexio calida vel frigida ⁊c. Dubitat Dynus ⁊ alij vtrum in mixto actu cōstituto elementa agant ⁊ patiātur ⁊ est dicere vtrum mixtū corrumpit̄ ab intrinseco videtur ꝙ sic: qꝛ in mixto est contrarietas inter calidū ⁊ frigidum cuꝫ iste qualitates non sint corrupte ⁊ similiter inter siccuꝫ ⁊ humiduꝫ: probant ꝙ in mixto animato ab intrinseco sit corruptio qꝛ ibi cōtrarietas nutrimēti ad nutrimentuꝫ. In contrariū qꝛ corruptio que debetur mixto ſm ꝙ mixtuꝫ est putrefactio vt Arist. 4 methaurorum: sed illa non fit ab intra: immo ab extrinseco calido.s.continētis: vt ibidem sumitur: ergo ⁊c. Iteꝫ simile non agit in simile ſꝫ partes mixti sunt similes: vnde Aui Accidit q̄litas similis. Narrat Dynus quosdaꝫ dixisse ꝙ ab intrinseco immixto animato nulla fit actio: ⁊ per cōsequens: nec corruptio: licet ratio cōmuniter probet de oī mixto. Ratio qꝛ in omni actione tale est agens in actu quale est patiens in potentia sed in mixto non est dare partem vnam que sit actu ⁊ aliam que sit in poᵃ qꝛ omnes sunt sub vna forma. Amplius vbi non est cōtrarietas ibi non est actio: ſꝫ in mixto non est ꝯtrarietas qꝛ ꝯtraria sunt reducta ad formaꝫ vnaꝫ: dicunt tn̄ ꝙ in mixto animato ꝑ accidens ꝯsumit corruptio ab intrinseco.s.ex repassione mēbri a nutrimento: licet ſꝫ veritateꝫ nutrimentum sit quid extrinsecuꝫ quod nō est animatum. Contra hoc dicit Dynus. Prius est actio calidi in humidum ad consumptionem quaꝫ sit actio in nutrimentum: dicit ergo dynus ⁊ antonius ꝙ in mixto ab intrinseco fit actio et passio ⁊ corruptio ipsius mixti ꝟtute qualitas elementorum. Ratio est quia in omni mixto sunt duo principia: quorum vnūquodqꝫ est corpus scilicet illud quod vocatur humiduꝫ quod est corpus factum ex quattuor elementis: ⁊ illud quod vocatur calidum quod etiam est corpus factū ex quattuor elemētis: ⁊ ex eis duobus constituit̄ oē mixtuꝫ intrinsece: vt dictum est supra. Et dicet̄ in q̄one de actione calidi in humiduꝫ: ergo calidum aget in humiduꝫ. Ad rationes in contrariuꝫ ad primam conceditur maior.a. ⁊ cum dicitur ꝙ putrefactio non fit ab intrinseco immo ab extrinseco calido.s.continentis. Dicendum ꝙ putrefactio ſm quid fit ab extrinseco vt dicunt ⁊ ſm quid ab intrinseco: nam calidum intrinsecum mixti ſm ꝙ determinatum vel proportionatum tenet humidum ⁊ gubernat illud est quid naturale: ⁊ intrinsecum nobis: ſm aūt ꝙ caliduꝫ absolute resoluit ⁊ separat humiduꝫ a sicco vt sic dicitur quid extrinsecum: istum autem calorem intrinsecum distemperat caliditas aeris continens ⁊ ipse calor distemperatus agit in humidum putrefaciendo. Sed licet querere ab istis viris vtrū circūscripta actione continentis mixtum putrefiat ab intrinseco videtur eniꝫ sentire ꝙ non. Ad secundam dicunt ꝙ simile omnino non agit in simile: et ideo complexio cōstituta ex principio actiuo ⁊ passiuo simul est vna complexio similis ⁊ non agit in se: sed vnum principium istius complexionis scilicet calidum agit in aliud.s.in humidum. Ad rationem oppositioni dicendum ꝙ licet tam corpus humidum q̄ꝫ siccum sit sub vna forma mixti tamen inter se habent contrarietatem aliquam ⁊ qui delectatur in his modis dyni et antonij legat questiones Antonij quarti methaurorum quia ipse fuit apud nos fundator horum modorum dicēdi.

litas in toto eaꝝ similis que est complexio. ¶ Et qm̄ virtutes p̄me que sunt in elementis predictis sunt quattuor: cali

¶ Et quoniam ⁊c.] ¶ Considerandū ꝙ ex hoc textu Auicen. duo habet: primo declarationem eius ꝙ dixit qualitatum in elementis ⁊c. ostendit enim que sunt iste qualitates: quia sunt quattuor virtutes elementorum que dicuntur virtutes vt sunt principiū agendi: dicuntur qualitates vt sunt forme qualificantes. Secundo habet declarationeꝫ eius ꝙ intellexit ꝙ complexio resultat ſm similitudineꝫ qualitatū: nam ꝯᵒnes mixtoꝝ sunt per eas: scilicet elemētoruꝫ: scilicet prout per materiaꝫ ⁊ probatur: qꝛ habent aliq̄ꝫ effectuꝫ ad productioneꝫ complexionis licet necessariuꝫ sit agens extra: ergo ſm diuersitatē proportionuꝫ qualitatum est diuersitas complexionuꝫ. ¶ Dubitant vtrum complexio ex mixtione elementoruꝫ consurgens sit vna ⁊ videtur ꝙ sic: quis mixti est vna forma substantialis mixtionis: ergo vna complexio. ¶ In contrariuꝫ quia ibi sunt due contrarietates. Ergo duplex mediuꝫ. Dicendum ꝙ complexio mixti non est vere vna propter causaꝫ dictaꝫ: nam alia est complexio media inter calidū ⁊ frigidū: ⁊ alia inter humidū ⁊ siccuꝫ: si eniꝫ extrema sunt diuersorū generuꝫ: opꝫ ꝙ media sint diuersorū generuꝫ: medium enim ⁊ extremum est in eodem genere: ⁊ ideo medium colorum est aliud a medio saporum. ¶ Dicendum secundo ꝙ aliquem modum vnitatis habent: Nam complexio facta ex calido ⁊ frigido est sicut formale ⁊ perfectum ei que fit ex humido ⁊ sicco: qualitates enim actiue habent cōmunem rationem principij formalioris actiui quo fit actio. Sed passiue habent rationem principij materialioris quo fit receptio. Et ideo constitutum ex duobus principijs cōstituitur ex vno scilicet ex forma vt ex medio inter actiuas qualitates ⁊ ex alio sicut ex materijs ⁊ hoc intellexit Auerroys secundo colliget, quando loquēs de his qualitatibus dixit ꝙ forme proprie habent proprias materias intelligens ꝙ passiue qualitates sunt sicut materia actiuis: ⁊ idem secundo colliget in fine. ¶ Dubitāt ꝑo vtꝝ oēs q̄ttuor qualitates sint actiue: vl' due actiue ⁊ due passiue. Videt̄ ꝙ omnes actiue ⁊ etiaꝫ passiue per Auicennaꝫ hic: Galienus etiam intelligit capitulo de neutro: ⁊ illo capitulo: Totiens quidem: ⁊ secundo regiminis acutorum primo commento: omnes vocat illas actiuas siue effectiuas siue efficientes. ¶ Amplius omnes ad inuicem agunt ⁊ patiuntur: ergo omnes actiue ⁊ passiue. ¶ In contrarium est Auicen. infra fen secunda: ⁊ Aristote. quarto methaurorum. Duas enim ponit actiuas ⁊ duas passiuas. In hoc quesito cadit multa diuersitas: Haly eniꝫ in tegni tractatu primo vigesimoquarto cōmento: calidum ⁊ frigidum dicuntur actiue qualitates quia diffiniuntur per agere. Nam calidum dicitur ꝙ aggregat res homogeneas. Frigidum etiam dicitur ꝙ aggregat partes ⁊ vult Haly.i. aggregat eterrogeneas. Humidum ⁊ siccum sunt vel' dicuntur passiue qualitates: quia diffiniuntur per pati. dicitur eniꝫ humidum quo faciliter patitur: siccum autem ꝙ difficulter: ⁊ hanc opinionem complet Haly cōmento. 101. tractatu secundo ⁊ addit ibi quomodo possunt vocari actiue: omnes enim sunt in vno capitulo dyaletice scilicet in tertia specie qualitatis. Alia opinio in hoc est ysaac iiᵒ febrium capitulo de diuersitate interpollataruꝫ vbi procedens contra Joannem Damascenum dicit ꝙ calidum ⁊ frigidum sunt actiua quia semper agunt: ⁊ quia calidum producit siccum ⁊ frigidum producit humidum sed siccum ⁊ humidum sunt passiua quia nihil faciunt in calidum ⁊ frigidum. Alius modus dicendi est quorundam vltra montem sup primum de virtutibus naturalibus tertio capitulo: vbi dicunt ꝙ caliduꝫ ⁊ frigidum in impressionibus metroloicis sunt actiua ⁊ humidum ⁊ siccum sunt passiua. Sed in genere mixtorum aliorum omnes quatuor sunt actiue ⁊ passiue ⁊ dicunt hunc fuisse Galieni sermonem. Nos autem aliter exponimus illum passum. Quartus modus dicendi est Conciliatoris differentia. 19. ꝙ calidum ⁊ frigidum sunt actiua vt dicitur humidum ⁊ siccum sunt passiua: tamē accidit humido ⁊ sicco ꝙ sint actiua scilicet propter multam quantitatē quaꝫ humidum ⁊ siccum exuberant ⁊ stant sicut forma ⁊ perfectio. Quintus modus dicendi est Auer. secundo colliget capitulo de accidētibus sensus tactus: omnes qualitates quatuor possunt dici actiue qꝛ omnibus inest agere in nos sed calidum ⁊ frigidum quia plus agunt dicuntur magis actiue quam humidum ⁊ siccum. Sextus modus dicendi est Commentatoris super alkindi. Calidum ⁊ frigidum dicuntur actiua quia virtute propria agunt: scilicet calidum calefacit: ⁊ frigidum infrigidat: sed humiduꝫ ⁊ siccum passi: quia humidum non humectat nisi virtute frigoris vel caloris: ⁊ siccum non exiccat nisi virtute caloris vel frigoris. Septimus modus dicendi est Antonij super methaura: ⁊ Dyni in tegni ⁊ Turisiani ⁊ radix eoruꝫ videtur sermo Auerro. quarto methaurorum: ⁊ est ꝙ calidum frigidum siccum ⁊ humidum considerantur vno modo vt sunt qualitates comparate elementis ita scilicet vt sunt transmutata adinuicem ⁊ sic omnes sunt actiue ⁊ passiue quia caliduꝫ in humiduꝫ frigidum in siccum. Alio modo vt comparantur mixtis ⁊ quantum ad dispositiones que reperiuntur in generatione indiuiduorum mixtorum ⁊ isto modo calidum ⁊ frigidum soluꝫ agunt: ⁊ humidum ⁊ siccum sunt solum quibus mixta patiuntur. Ratio primi: quia sex sunt dispositiones siue actiones que actiones in generatione mixtorum requiruntur: scilicet congregatio terminatio ⁊ humectatio ⁊ exiccatio induratio ⁊ mollificatio: calidum autem ⁊ frigidum faciunt ista: calidum enim terminat quia generat: similiter cōgregat homogena: humectat trahendo humiduꝫ ad superficieꝫ: exiccat resoluendo: indurat etiaꝫ ⁊ mollificat vt pꝫ: frigiduꝫ etiaꝫ terminat qꝛ iuuat ad generationē ⁊ alia facit vt patet. Sed humidū ⁊ siccū nō agunt hec sed patiunt̄ i. inest eis paxᵒ mixti que est ꝯgregari ⁊ terminare nā hūidū terminat̄ falliter termino alieno: siccuꝫ auteꝫ proprio: ⁊ ideo dixit Auer. quarto methaurorum nō debemus dubitare in hoc quod dicimus ꝙ humidū ⁊ siccū sunt passiua: ⁊ calidū ⁊ frigidū sunt actiua quāuis ineniamus illa generare sibi similia: siccū eniꝫ generat siccū: ⁊ humidū humidū sicut calidū generat calidū et frigidum frigidū: quoniaꝫ hoc quod dictuꝫ est de actiuis et passiuis non cōsideratur in comparatione generationis indiuiduorum mixtoruꝫ non actiuoruꝫ et passiuorum in se. Textus euiꝫ Auer. ibidem male reperitur.

ditas: frigiditas: ⁊ hūiditas: ⁊ siccitas: tunc manifestū est ꝙ cōplexiones in corpibus generatis ⁊ corruptis sunt p eas.

Jacobus De partibus

ſꝫ esse materiale est eadē numero cū q̄ttuor p̄mis q̄litatibus: sicut numerus ⁊ res numerare vnitas ⁊ res vnite ptes simul sumpte ⁊ totum: naꝫ oīa saluari possunt ita dicendo: ⁊ non est ponenda pluralitas entium sine necessitate cuꝫ nihil frustra factuꝫ sit a deo nec a natura p̄mo celi tex. 32. Sꝫ ſm esse formale a quo cōplexio est id quod ē cōplexio distinguit̄ a qualitatibus p̄mis. Vocāt auteꝫ sic opinantes esse formale cōplexionis tēperantiaꝫ quādam ꝓportionatam forme mixti cuius est talis complexio resultantem ex actione ⁊ passione quattuor qualitatum p̄maꝝ. ¶ Sed instabit aliquis ꝙ quēadmodū dictum est qualitates p̄mas esse realiter cōplexionem: ita dici potest ꝙ sunt tēperantia. Dic ꝙ nō. Primo qꝛ esse ⁊ quod est non sunt idē in entibus per accidens. Juxta id Ari. 7. methaphisice tex. 21. Scd̄ꝫ accidens ꝟo dictuꝫ vt musicū aut album ꝓpter duplex: significare ⁊ non est veruꝫ dicere ꝙ idē sit qd̄ quid erat esse ⁊ ipsuꝫ: eteniꝫ cui accidit albuꝫ ⁊ accidens significat supple albū. Cōplexio aūt est ens per accidēs cū nominet per modū stramenti primas quattuor qualitates ⁊ per moduꝫ forme tēperamētuꝫ qd̄ accrescit eis. Secundo complexio de necessitate nominat aliquid sup̈. 4. qualitates primas ex pte rei alioquin qualitates prime qualitercūqꝫ disposite essent ipsa cōplexio quod falsuꝫ est manifeste. Illud aūt quod cōplexio nominat vltra eas est eius esse formale quōcūqꝫ nomines illud siue temperantiaꝫ siue tēperamentuꝫ siue sinzugiaꝫ siue ꝯsonantiaꝫ siue armoniaꝫ. ¶ Ad rationes p̄me opinionis dic auctoritates prin. probant distinctioneꝫ ſm esse formale. ¶ Ad rationeꝫ de differentia propriorum subiectorū. Dic ꝙ qualitates ſm esse refractum qd̄ habent in mixto sunt subiectiue in mixto sicut ipsa cōplexio. ¶ Ad aliaꝫ de susceptione intensionis ⁊ remissiōis. Dic ꝙ cōplexio vt calida vel frigida suscipit intēsionē ⁊ remissionē: lꝫ nō suscipiat vt cōplexio ⁊ sic ꝓbat solū distinctionē ſꝫ esse formale.

Et quoniam virtutes ⁊c. ¶ In hac parte secunda principali huius cap. Primo tangit ea per que sunt ⁊ distinguntur complexiones. Scd̄o diuidit cōplexiones diuisione rationali ⁊ absoluta declarando simul mēbra diuidentia ibi [Et illud quidē] Tertio reijcit mēbra huius diuisionis vt in pertinentia proposito ibi [Quod autem.]

¶ In prima pti. dicit ꝙ qꝛ ꝟtutes prime.i. ꝟtuose qualitates prime que sunt in elementis sunt. 4. s. caliditas frigiditas humiditas ⁊ siccitas: manifestuꝫ est ꝙ complexiones in corporibus generatis ⁊ corruptis sunt per eas.i. capiunt esse ⁊ distingui ab eis. ¶ Sꝫ dicet aliquis corpa corrupta nō sunt: ergo cōplexiones non sunt in eis per. 4. qualitates p̄mas. Dic ꝙ corpora aīata corrupta ⁊ defuncta manent adhuc corpora de genere substantie per formaꝫ cadaueris aut aliaꝫ ⁊ habent complexionem quādiu elementa manserint ligata adinuicem. ¶ Attende circa hanc partem ꝙ ex quattuor primis qualitatibus elementorum numerus complexionum sic extrahitur. Omnis complexio est particeps quattuor primaruꝫ qualitatuꝫ: vel ergo participat eas cuꝫ tēperamento quodam iusticie ⁊ est complexio temperata: vel cum excessu: ⁊ hoc dupliciter: aut enim excedit in sola vna qualitate vel in duabus: si in vna sola vel in caliditate ⁊ sic est cōplexio calida: vel in frigiditate ⁊ sic est frigida: vel in hūiditate: ⁊ sic est humida: vel in siccitate ⁊ sic est sicca. Si in duabus vel in caliditate ⁊ siccitate: ⁊ sic est calida ⁊ sicca: vel in caliditate ⁊ hūiditate ⁊ sic ē calida ⁊ humida: vel in frigiditate ⁊ humuditate: ⁊ sic est frigida ⁊ hūida vel in frigiditate ⁊ siccitate: ⁊ sic est frigida ⁊ sicca.

a ¶Et illud quidez ꝛc.] ¶Hic determinat de complexione via diuisiua et pre intelligendo ꝙ complexio est duplex: vna solum secunduz intellectum determinat primo de ea: ꝛ ꝙ alia est complexio in re determinat de illa: secunda ibi [Debes autem scire] Prima in duas primo premittit que quidem medicus ad illaz se habet: ibi tertia [Quod autem] Primo dicit ꝛ id idest ꝛ complexio que est qualitas ex qualitatibus elementorum est secunduz ꝙ oportet quasi dicat est secundum ꝙ oportet nos sic diuidere per diuisionem scilicet qualitatuz elementorum rationalez idest ab intellectu factam: non tamē per diuisionem realem intellectus enim fingit hoc: ꝛ hoc est quod subdit absqz vlla comparatione ad rem aliquam idest absqz hoc ꝙ sit in re ista complexio vel absqz vlla compositione ꝛc. idest non comparādo ipsaz ad aliquam operationem qꝛ est complexio imaginata puata oī fine .i. operatione oī. Cōsiderādū ꝙ littera q̄ dicit per diuisionez rōnalē pōt dupliciter exponi: vno modo vt diximus sed tunc est dicendum quare Aui. non dixit per compositionez rationalem immo dixit per diuisionem rationalez dicendū ꝙ qꝛ ista complexio vocatur cōplexio ad pondus siue sit equalis siue inequalis oportet prius imaginari cuiuscunqz elementi vel qualitatis pondus ꝛ ex his sic ponderatis .i. mēsuratis imaginari complexionem: ꝛ facilius est fantasiari elementorum ꝛ qualitatum pondus idest mensuram quam imaginari stante equalitate fieri complexionez ꝛ abstrahere eā ab omni fine: alio modo potest exponi per diuisionem rationalez idest per diuisionem quam facit intellectus complexionis fantasiate a complexione in re reperibili intellectus enim statim cuz comprehēdit aliqua plura componentia cōprehendit in illa statim vt absolute componentia nullo cōspecto fine ꝛ hec est compositio ſm fantasiam ꝛ comprehendit illa vt cōponētia taliter ꝙ aliqua operatio inde proueniat ꝛ aliqua forma naturalis ꝛ statiz intellectus diuidit vnaz istarum complexionum siue compositionum ab alia ꝛ vnaz dicit possibilem ꝛ aliā dicit impossibilem: ꝛ ideo dixit per diuisionez rationalem.

¶Et illud[a] quidem est ſm ꝙ oportet per diuisionem rationalem cuz consideratiōne absoluta absqz vlla cōparatiōe ad rez aliq̄z. ¶Et[b] est duobus modis quorum vnus est vt sit complexio equalis ita vt quantitates qualitatum contrariarum in complexionato sint equales non superantes: neqz superate ꝛ sit complexio qualitas in medio earum vere. ¶Alter[c] vo modus est vt non sit cōplexio qualitatū ꝯtrariaruz media absolute: sꝫ ad vnaz magis declinet extremitatuz aut in ꝯtrarietate q̄ est inter caliditatem ꝛ frigiditatē: aut in ꝯtrarietate q̄ est iter hūiditatez ꝛ siccitatē: aut iter vtrasqz. ¶Qð[d] aūt in doctrina medicine cōsideratur equale aut extra equalitatem nō est hoc neqz illud. Sꝫ medicus physico credere dꝫ ꝙ equale ſm hāc intentionē quā diximus impossibile ē aliquo

b ¶Et est ꝛc.] ¶Hic diuidit hanc complexionem a ratione in intellectu factam que tamen non est in re ꝛ vult ꝙ est duplex hec complexio scilicet equalis ad pondus ꝛ inequalis ad pondus. Considerandum ꝙ per quantitates qualitatuz elementorum possemus intelligere quantitates ex subiecto verbi gratia sit quantitas pedalis ignis ꝛ quantitas pedalis terre de hac non est sermo quia forsan non esset īpossibile ex elementis equalis q̄ntitatis dimēsiōalis resultare mixtum: quia ibi est equalitas virtutum. Alio modo intelligimus per quantitates qualitatum potentie siue virtutis: ꝛ intelligo qualitatuz non soluz calíduz frigiduz siccum ꝛ humiduz: immo grauitatez ꝛ leuitatez. Considerandum secundo ꝙ dupl'r reperitur littera: vna que dicit incōplexionato ꝛ patet: alia littera que dicit incomplexaruz .i. qualitatuz antequaz constituat hanc complexionem vt supradiximus ꝛ forsaz dicit hoc qꝛ statiz ꝙ intellectus concipit equalitatem potentiarum que ex natura rerum est imaginabilis statiz comprehendit ista equalia non posse complexari immo incomplexare manere sed vltra hoc fingit ꝛ ponit impossibile pro possibili ꝛ imaginatur complexionem in medio illarum vere.

c ¶Alter vo ꝛc.] ¶Hic determinat de cōplexione ineq̄li ad pōdus ꝛ patet.

d ¶Quod ꝛc.] ¶Hic Auic. ostendit quomō medicus se habet ad consolidationem istorum ꝛ vult ꝙ neqz hoc equale ad pondus neqz illud .s. inequale ad pondus considerat: ꝛ causa est quia hoc equale ad pondus non potest inueniri. Et hoc credit phylosophus ꝛ si nō potest inueniri multo magis non inuenietur in homine vel in membro eius. Considerandum ꝙ Auic. hic plus negat equalitatem ponderis ab homine toto vel parte eius .s. membro q̄ꝫ ab aliquo entium mundi: ꝛ secundum hoc plus distat homo vel quodcūqz membrum humanum ab hac complexione q̄ꝫ aliud mixtum cuius tamen contrarium ponet infra. ¶Dubitatur vtruz sit reperire complexionem equalez ad pōdus videtur ꝙ sic primo per Gal. primo de cōplexionibus ca. 9. ꝛ est exemplū eiꝰ de aq̄ ꝛ cinere: ꝛ hꝫ declarat nobis eq̄litatez corpis in hūiditate ꝛ siccitate. Itē aliud exēplū de aq̄ feruenti ꝛ niue ꝛ declarat nobis hanc cōplexionē mediuz inter caliduz ꝛ frigidū. Halyab. aūt pmo sermone theorice: in hoc sequit Gal. Amplius intellectus est verorum: si ergo datur ſm intellectum: ergo in re. Item medicus comparat omnes complexiones ad illam ergo ista maxime videtur esse. In contrarium hic Aui. Antiqua opinio fuit petri de aluernia ꝙ complexio equalis ad pondus reperiri potest hanc conclusionem quidam moderni posuerunt vt opinionem nouaz ꝛ dicunt quinqz licet possunt ad quattuor reduci. Primo ꝙ complexio equalis ad pondus reperitur in reruz natura: secundo ꝙ non durat nisi per instans: tertio ꝙ non durat per tps: quarto ꝙ non debet negari a medico: quinto ꝙ esse istius complexionis magis apparet cū latitudine mixti cū mutatur de vna cōplexione in aliaz q̄ꝫ appareat quando de nouo fit mixtum ex elementis. Primo pbat ꝙ sit dare cōplexionem equalem ad pondus in rerum natura ꝛ non solum per imaginationez. Prima ratio sicut se habet in motu locali: ita se habet in motu alterationis: sed in motu locali deuenitur ad medium punctuale inter terminuz a quo ꝛ terminū ad quez ergo similiter in motu alterationis. Secūda ratio: sicut se habet i motu augmenti ꝛ diminutionis: ita in motu alteratōis de vna forma contraria ad aliam formam contrariam. Sed inter augmentum ꝛ diminutionem al'venit ad medium punctale quod probatur qꝛ augmentuz fit aliquo adueniente: ꝛ per cōsequens fit in tempore ꝛ in instanti cuz sic motus ꝛ diminutio fit aliquo recedente ꝛ sic in tempore: tunc accipitur instans īmediatum toti augmentationi precedenti: siue accipiatur totus motus augmenti vsqz ad instans .a. exclusiue ꝛ pone ꝙ in tempore immediate sequente instans .a. diminuatur alia diminutio fit in tempore ergo non fit in .a. igitur in sola mensura .a. i. habet esse in medio punctali: ista tamen ratio si iste medicine bene inducit eam probat philosophus secundam conclusionem q̄ꝫ primā. Tertia ratio aliquod mobile fit plus calidum q̄ꝫ frigidum in tempore .a. ꝛ illud idem fit plus frigidum q̄ꝫ calidum in tempore: ergo immediato est equaliter calidum ꝛ frigidum. Quarta ratio omnes cause sunt possibiles huius complexionis: primo materialis idest qualitates elemētares: secundo formalis idest debitum temperamentum: tertio finalis idest operatio: quia multo melior fit operatio cum hac complexione temperata q̄ꝫ distemperata: de efficiente patet quia agens magis potest in maiori tempore agere equaliter. Hec ratio presupponit ꝙ homo de secundo modo equalitatis habeat meliorem complexionem ad iusticiam que sit possibilis: immo ꝙ magis appropinquat ad equale ad pondus: secundo ꝙ ista complexio istius hominis habet latitudinem in qua est dare gradum vltimum perfectissimum vltra quem homo iste ire nō potest. Tertio supponatur: quia ista complexio temperatior distēperetur distemperamento ad pondus duplici gradu caliditatis ꝛ humiditatis: ꝛ ꝙ medicus approximet sibi frigida ꝛ sicca in secundo gradu tunc arguitur quando ista complexio erit alterata a rebus frigidis ꝛ siccis: aut erit equalis ad iusticiam: ꝛ hoc non: quia iam erat ante istam alterationem: ergo habet equalitatem ponderis. Secunda conclusio probatur scilicet ꝙ ista cōplexio durat solum per īstans: ratio quia continuo approximantur sibi cause alterantes ꝛ permutantes scilicet aer cibus potus ꝛc. ergo iste cause non permittunt eam permanere: sed cum sit ꝙ non permaneat in tempore sequitur ꝙ duret solum per instans. Hoc idem probat quadam ratione quam ponit in quinta conclusione ꝛ stat in hoc: motus alterationis fit in tempore ergo ꝛ complexio que est terminuz alterationis fit in vltimo instanti terminatio illius totius alterationis: ꝛ quia continue fit alteratio: ergo illa cōplexio non durat nisi in instanti. Et hoc dictuz dicit esse commune de omni complexione scilicet ꝙ habet esse in tempore dum fit: sed in facto esse habet esse in instanti. Tertia conclusio hec complexio non durat tempore patet ex secunda. Quarta conclusio licet ista duret solum per instans non debet negari a medico: ratio quia corpus semper sanum est in rerum natura ergo ista complexio consequentia tenet: quia corpus simpliciter sanum semper habet istam complexionem. Quinta conclusio est hec: complexio apparet in transmutatione mixtorum ad inuicez dicit hic videtur: licet ego dicam ꝙ nouum mixtum posset fieri ex elementis ꝛ hic non vltra dicit nisi ꝙ diximus in conclusione secunda contraria autem que dicunt ꝙ hoc mixtuz non esset graue nec leue dicunt cum Auerroys secundo colliget ꝙ hoc mixtū non fit ex elementis adequatis in qualitatibus que sunt principia motus localis sed in alijs qualitatibus. Nos aūt hic primo addimus ad primā cōplexionez rationes alias. Prima de vltimo frigido itur in vltimo calidum ergo in medio erit cōplexio vere equalis: secundo calidum potest stare cum humido: ꝛ cum sicco ergo cum temperato: ꝛ ita de humido potest probari ꝛ de sicco ꝛ est ratio Gal. primo de complexionibus. Dicamus ergo ꝙ Auer. primo celi cōmē. septimo ꝛ scḋo colliget primo cap. ꝛ Algazel tractu tertio methaphisice primo ca. negant equale ad ad pondus sit mediū inter grauitates ꝛ leuitates elementorum: qꝛ istud mixtum nō haberet magis vnum locum q̄ꝫ aliuz: sꝫ qdaz hoc credant

Jacobus

¶Et illud quidem ꝛc.] ¶In secūda dicit. Et illud .s. complexiones esse ꝛ distingui per .4. qualitates primas est ſm ꝙ oportet idest conuenit per diuisionem rationalem .i. mentalem ꝛ non realez cum consideratione absoluta absqz vlla comparatione ad rem aliquam idest non habito respectu ad quodcūqz .s. nec ad spēz nec ad partē speciei: nec ad indiuiduū: nec ad partez indiuidui: sed dumtaxat ad esse solius complexionis. Et est duobus modis idest complexio diuiditur per diuisionem rationalem in duos modos vel duo mēbra. Primus est vt sit complexio equalis idest temperata ad pondus: ita vt quantitates idest mensure graduales seu intensiones qualitatum contrariarum sint equales in complexionato non superantes altera alteram nec superate ꝛ sit complexio qualitas in medio earum vere. Secundus modus seu secundum membrum dicte diuisionis rationalis est vt non sit complexio qualitatum contrariarum media absolute: sed magis declinet ad vnam extremitatū aut in contrarietate existente inter caliditatem ꝛ frigiditatem aut in contrarietate existente inter humiditatem ꝛ siccitatem aut inter vtrasqz idest in vtraqz contrarietatum declinet ad vnam extremitatum. ¶Attende hic ꝙ princeps nominat hanc diuisionem complexionis inequalem ad pondus ꝛ non equalem diuisionem rationalem: quia primum membrum ipsius est ens rationis nusq̄ꝫ reperibile ex parte rei: sicut enim realis relatio requirit ambos terminos reales sic realis diuisio membra diuidentia realia.

De partibus

¶Quod autem in ꝛc.] ¶In tertia dicit ꝙ equale quod consideratur in medicina: ꝛ id quod est extra equalitatem non est hoc scilicet equale ad pondus neqz id scilicet inequale ad pondus: sed medicus credere debet philosopho naturali ꝙ impossibile est equale ad pondus inueniri aliquo modo quanto ergo magis est impossibile vt sit complexio hoīs aut membri eius. ¶Sed instabit aliquis primo. Ubicunqz est inuenire magis ꝛ minus ibi est inuenire medium vere quod equale dicitur. Nam magis ꝛ minus relatiue dicuntur ad medium: sed in calido frigido humido ꝛ sicco est inuenire magis ꝛ minus igitur. Secūdo aqua mixta ex feruentissima ꝛ frigidissima equaliter est vere temperata ꝛ media non immutans tactum viri temperati. Tertio complexio frigida ꝛ sicca potest reduci tractu temporis ad calidam ꝛ humidaz alioquin ars reductiua vana esset: sed impossibile est transire de extremo ad extremū nō trāseūdo per mediū: qm̄ nā non facit saltus: sꝫ gradatiz pcedit. ¶Oppositū hoꝝ asserit hic pn. Dic ꝙ īpossibile est inueniri ꝯplonez eq̄lez vel ꝯplonatuz eq̄le ad pondus iuxta moduz hic expssuz p pn. Primo qꝛ complexio surgit in esse ex actione ꝛ passione qualitatum contrariarum in elementis inuentaꝝ: sꝫ si q̄ntitates q̄litatuz ꝯtrariarū sint similes nulla fit actio cum actio semp fiat a pportiōe maioris inequalitatis: ergo nulla pueniet cōplexio. Forsan dicet aliquis ꝙ actio fiet: quia vna qualitatum est maioris actiuitatis alia ꝛ vna etiam est maioris resistentie: sicut ignis calidus in summo

agit in

Complexio
ualis ad pōdus
rerū nā

Modus vero quintus ⁊c.] In hac particula que est de quīto mō equalitatis iustitie. Primo cōparat princeps istū modū ad primū ⁊ tertiū. Scd̄o describit eū ibi [Et est cōplexio] Tertio tangit latitudinē ipsius ibi [Que etiaz] Quarto notat vnuz circa indiuiduū ibi [Debes autē scire] Prīo dicit ꝙ modus quintus est angustior. i. minoris latitudinis prīo ⁊ tertio modis. Nā ꝓ m⁹ cōprehēdebat totā humanā spēz ⁊ tertius totā gentē vnius climatis. Iste vero solū vnū cōprehēdit idiuiduū. Scd̄o dicit ꝙ iste modus qntus tpamēti iustitie ē cōplexio quā dz hr̄e idiuiduū dsignatū sub q̄ viuit ⁊ sanū ē. Tertio dic̄ ꝙ hec cōplexio hz latitudinē ꝭm decursuz totius vite quā terminant extremitates multitudinis videlicet caloris naturalis ⁊ humidi radicalis in principio vite sue ⁊ paucitatis eoꝝ in morte nāli. Quarto dicit ꝙ oē indiuiduū dz hēre cōplexionē sibi soli propriam in qua impossibile est aliud indiuiduū associari ei. Hic solet queri si duo indiuidua eiusdem speciei possint esse eiusdē cōplexionis punctualis. Videtur ꝙ sic. Primo de gemellis natis ex vna superabundanti effusione seminis. Eorum enim idem pater ⁊ eadem mater materia eadem tempus idem ⁊ locus idem: idem nutrimentum ⁊ eadem constellatio. Item plures sunt medicine eiusdem gradus ⁊ eiusdem methe. Item dicit auerroys sexto colliget. c. i. Non est impossibile vt sint duo homines vnius ⁊ eiusdem complexionis temperate equaliter. Item due aque possunt eē similes in calore vt edocet tactus ⁊ duo ignes: ⁊ duo aeres: ⁊ due terre: ergo duo homines. Item duo homines possunt febrire in eodem gradu. Oppositum dicit hic princeps. Attende primo ꝙ littera presens intelligenda est d̄ indiuiduis mixtis quibus proprie debetur complexio: nihil eniz prohibet duos ignes esse eiusdem caloris ⁊ duas aquas eiusdem frigoris punctualiter.

De partibus

Attende secundo ꝙ dupliciter est intelligere duo indiuidua esse eiusdem cōplexiōis punctualis. Uno modo de cōplexione aduentitia q̄ mobiliter inheret vt dispō. Alio modo de cōplexione congenita que fixe inheret p modū habitus ⁊ redundat ex prima elementorū cōmixtione. Attēde tertio ꝙ cōplexiones duoruz indiuiduoꝝ habituales ⁊ ꝯgenitas: possumus itelligere eē punctualiter equales dupliciter. Uno modo apparenter quo ad iudiciuz tactus. Alio modo veraciter ⁊ adequate ex natura rei. Iuxta hec dic ꝓmo ꝙ loquendo de cōplonibus aduentitys vt febribus sine suis radicibus nihil prohibet duo indiuidua esse eiusdem cōplexionis punctualis. Exempli gratia nihil prohibet nec ex parte agentis nec ex parte passi duos cholericos tertianarios calere equaliter in prima metha secundi gradus: nihil etiā prohibet duos stantes ad solem vel in balneis aut stuphis equaliter calefieri. Dic secūdo ꝙ nihil prohibet duo indiuidua esse eiusdem cōplexionis congenite pūctualiter ꝭm iudicium sensus tactus. Hec conclusio per experientiaz manifesta ē: non tamen intelligas ꝙ sint eiusdem complexionis identitate numerali: cuz accidentia numerentur numero subiectorum. Dic tertio ꝙ impossibile est duo indiuidua esse eiusdem complexionis veraciter ⁊ adequate ex natura rei: ita vt calor celestis viuificus ⁊ elementaris cum alys qualitatibus conueniant in eadem mensuram punctualem. Primo quia nequeunt habere idez zenich ⁊ aspectum celi qui non parum operatur adesse complexionis. Secundo quia non possunt eodez tpe eundez habere locuz adequate q cōplexionez ad se trahit ⁊ assimilat. Tertio impossibile ē vt sit eadez elementoꝝ mēsura cum eisdem sitibus ⁊ lineationibus propter diuersitatem ipellentiū celi. s. ⁊ loci in q̄ est vis occulta ex figuris irradiationū corpoꝝ celestiū. In signū hui⁹ rei est ꝙ nūqz visi sunt duo taz similes qn aliq̄lr possent discerni suis figuris.

Ad primuz

riuz dicenduz ꝙ illi duo homines temperati non habent eandē temperantiā indiuidualiter: z ideo auer. ex hoc deducit ꝙ si ambo reguntur vno regimine alter eoꝝ poterit venire ad malum finez: z hoc propter conditiones illas indiuiduales. Ad fm patet solutio. Ad tertiuz argumentū de colerico dicenduz ꝙ nunqꝫ itur p eandem complexionez indiuidualez q: hoc indiuiduum non est illud. Ad quartum dicendum ꝙ ars medicine non est frustra: sed bene diuersitas indiuidualis facit eaz non posse esse perfectaz in suo fine: vt sumitur sexto z septimo colliget. Ad illud de gemellis dicenduz ꝙ lz multum similez cōplexionez habuerint vna: tamē nō erat alia pp ꝯditiōes indiuiduales verbi gratia locum impossibile. n. fuit illos gemellos generatos fuisse in eodem loco: z stare in eodez loco: z sic neqz stare i eodē aspectu oīno. Ad illud de guttis aque pz solutio pdcā.

sibi solummodo propriaz in qua aliud ei associare est impossibile. ¶ Sextus[a] autem modus est medium quod est inter istos duos terminos quod est complexio: quaz cū habuerit indiuiduū erit melioris cōplexionis cuius ipsum esse oportet. ¶ Modus[b] autez septimus est complexio quaz vnaqueqz mēbrorū

a ¶ Sextus autez zc.] ¶ Considerandum q: sicut secundus modus est medialis primi z quartus secundi: ita sextus est medialis quinti. Considerandū secundo ꝙ hec melior sanitas indiuidualis non oportet ꝙ sit in fine augmenti: ratio demonstrans hoc est quia aliquod indiuiduuz necessario mouetur ante aduentuz iuuentutis alius infirmatur egritudine que stat cuz eo in iuuētute tota vt demonstrauimus super libro tegni: igitur opz ante hanc egritudinez esse tempus in quo melius tota vita habuit.

b ¶ Modus aūt septimus pz z ēt octauus.] ¶ Considerandūz ꝙ quia isti erant modi equalitatis partis z premissi erant totius: ideo non comparauit eos in latitudine z strictura: sed modus octauus ꝙ sit angustior septimo est notum. Dubitatur vtruz modi equalitatis in quibus cōsistit cōplexio humana sint octo tantū vel plures: vr ꝙ plures: quia primo modo equalitatis accidunt. 8. ergo sunt nouez: probatur ans equalitas que attenditur fm humana corpora cōparatione alioꝝ animaliuz cōmixtoꝝ que non habent hanc equalitatez est equalitas primi modi: sed hic accidunt. 8. modi equalitatis vt dicit hic vero: secundo modus equalitatis etatiuus non minus differt a quocunqꝫ alio modo equalitatis qꝫ quilibet alius ab alio: igitur debet poni modus equalitatis ab etate distinctus ab alijs: antecedens patet accepto modo equalitatis a loco non plus diuersificat cōplexionem humanaz in modos quam facit pueritia z senectus: tertio est modus equalitatis fm sexuz qui modificat eq̄litatem primi modi non minus qꝫ clima ymo magis q: fm climata plus fieri permutatio sed fm sexuz non licet poetice dicatur de Cyresia qui de viro factus est mulier: z tamen rediit vir vt cōciliator in annexo dr̄ia. 34. ergo hic debuit poni. Amplius. 12. de animalibus Auicē. ponit in hoc capitulo moduz equalitatis fm sexum. Amplius medium primi modi equalitatis facit vnuz modum equalitatis huius secundi modi: ergo extrema faciunt alios modos scilicet cōplexiones distemperatas calidaz z frigidaz. Amplius sicut se habet equalitas secundi modi ad equalitatem primi modi: ita se habet equalitas cutis ad equalitatē septimi modi: sed equalitas secundi modi. s. hominis temperati facit distinctum moduz equalitatis a primo modo: ergo equalitas cutis facit distinctuz modum a septimo scilicet equalitas temperati membri ab equalitate distēperatoꝝ mēbroꝝ maior est no. sicut ad hominez tēperatuz cōparantur oēs alij homines de primo modo equalitatis q: sunt oēs distēperati respectu tēperati qui reperitur in secūdo modo equalitatis: ita omnia mēbra in suis cōplexionibus z qꝫuis inter se sint tēperata cōparantur cutiz z dicuntur distēperata respectu illius: ergo tēperata cutis facit distinctuz moduz a septimo modo z procedit ab illo sicut secundus a primo z est medialis illi sicut secūdus primo. Sed tēperantia cutis non est aliquis modorū. s. ipsa tēperantia sola accepta ergo facit modū per se distinctum. In contrariuz est Auic. Dicendū ꝙ distinguendo modos equalitatis fm viam quā Auic. intelligit. 8. sunt illi modi z non plures: ratio est q: equalitas que in homine attēditur aut est fm speciez aut est fm particulas speciei: aut fm indiuiduuz: aut fm mēbra indiuidui. Si fz speciez: aut cōparataz ei quod est extra ipsaz z sic est equalitas primi modi. Aut ei ꝙ est in ipsa z sic est secundus modus: si scōz partez. s. locuz habitabilez siue gentez aut cōparatam alteri genti z sic est terti

Jacobus

¶ Ad primum obiectum dic ꝙ gemelli non sunt eiusdem complexionis: propter rationes statim tactas: z experientia docuit de multis ꝙ z cōplexione z moribus z figuris multuz dissederunt. Ad scōm de medicinis dic ꝙ nō sunt eiusdē cōplexionis adequate fm mensuram elementoꝝ eas componentium: sed per reductionem earum de potentia ad actuz a calore nostri corporis possunt habere actum calefaciendi corpus humanum in eodem gradu z eadem metha non ꝙ participent actu tali z tāto calore vt dicetur alias. Ad Auerroym dic ꝙ locutus est de idēptitate cōplexionis fm iudicium sensus.

Ad penultimū obiectum dic ꝙ arguit de qualitatibus elementorum q̄ non sunt proprie cōplexiones. Ad vltimum dic ꝙ arguit de complexione mobili z aduentitia.

¶ Sextus autem modus zc.] ¶ Hic describit princeps sextum modum equalitatis iustitie: z dicit ꝙ est complexio media inter istos duos terminos. s. inter multitudinem caloris naturalis: z humidi radicalis cū qbus incipit esse indiuiduū z paucitatē ipsoꝝ cū qbus desinit esse. Et est cōplexio quaz cuz habuerit indiuiduuz erit in meliori dispositione cōplexionali qua potest fm suam naturam. ¶ Attende hic primo ꝙ complexio equalis de qua vult hic princeps loqui est cōplexio que debetur indiuiduo in etate illa in qua est tēperatius. ¶ Attende secundo ꝙ in indiuiduo tēperato ad iustitiā etas tēperatior est in qua augmentū peruenit ad suuz finem: vt tetigit superius princeps in secūdo modo equalitatis: vel etas iuuentutis vt tanget inferius capitulo de cōplexionibus etatuz. ¶ Attende tertio ꝙ in indiuiduis lapsis non eadē etas est generaliter in omnibus temperatior: immo cholerici z melancholici sunt tēperatiores in pueritia qꝫ in iuuentute: quia humiditas pueritie reprimit eorum lapsuz in siccitate. Et ecōuerso est de phlegmaticis: quoruz superflua humiditas corrigitur a calore z siccitate iuuentutis.

¶ Modus āt zc.] Hic describit prin. septimū modum eq̄litatis z declarat p exēplū dicēs: ꝙ modus septimus eq̄litatis iustitie ē cōplexio quā vnaqꝫ spēs mēbroꝝ dz hēre i q̄ aliō diuersificatur. i. p quā aliō mēbꝝ diuersificatur ab eo. Nā eq̄litas ossis. i. tpata cōplō eius ē vt siccitas plus abūdet i eo z cordis vt caliditas z cerebri z humiditas z nerui vt frigiditas. ¶ Queritur hic vtrū mēbra dif

us modus aut ei quod est in ipsa scilicet tēperatiori de illa gente z sic est quartus modus. Si secunduz indiuiduū: aut erit cōparando vnuz indiuiduuz alteri z sic est quintus modus: aut cōparando ipsuz sibiipsi z in meliori dispositione z sic est sextus modus. Si aūt sit hec equalitas secundum membra: vel erit cōparando vnūquodqꝫ alteri z sic est septimus modus: vel sibiipsi z sic est octauus modus. Dico secūdo ꝙ si sunt alij modi equalitatis vel dantur intelligi per istos vel nō poterant ex hac forma indiuidui numerari: z iō oportuit illoruz scientiaz cōpleri in alio loco vnde modi equalitatuz fm sexuz z fz etates z fm artes ponuntur i capitulo de cōplexionibus etatuz. Quod autez modi equalitatuz ex etatibus z sexibus z consuetudinibus z artibus non potuissent narrari i forma diuisiua quā Auic. facit: apparet: naz non poterāt poni in primo modo vt notū est: nec in secundo q: dabatur intelligi p secūdū modū equalitatis hoīs tpati ex specie q erat modus medialis: sed nec tpata etas nec sexus tpatus. s. respectu mulieris est tēperantia ex spē: lz tpantia ex etate poneretur vt cōditio tpantie secūdi modi equalitatis: neqꝫ poterat poni in tertio mō equalitatis: q: illa equalitas est equalitas fz ptez spēi: z vr ꝙ pars spēi significat in lingua eorū gentē determinate habitatiōis: z in hoc nō cadebat ponere equalitates etatis nec sexus nec artis. Apud nrāz tn̄ linguā pars spēi poterat distingui: q: pars sumitur pro parte hoīuz diuersificata fm loca habitabilia vel pro pte hoīuz diuersificata fz etates. Un̄ dicimus quedā pars hoīuz est pueri quedā iuuenes quedā senex: vel sumitur pro pte hoīuz diuidendo hoīez p passiones aliquas q̄ diuisiōe dicemus q̄dā ps hoīuz est masculina: quedaz feminina: vel sumitur pro parte diuidēdo. s. hoīez fm artes: qua dicimus hoīuz quidā exercēt artes circa aquas: quidā circa ignē zc. z tūc p subdiuisionē equalitatis sumpti fz ptē oēs predictos modos equalitatis cōprehendisset quos diuisit: z tunc dixisset equalitas fm etates est duorum modorū: aut cōparando etatē ad etatez sicut dicimus ꝙ equalitas pueroꝝ est alia ab equalitate iuuenū: aut cōparādo etates ad meliorez etatez: sicut dicimus ꝙ temperatior etas est iuuenuz: sed q: vt diximus in lingua arabica ps spēi videbatur significare gētez quādā ex hitatiōe distinctaz: iō Aui. dimittit in hoc mō diuisionis narrare mōs eq̄litatis ex etate q potuissent pōi duo z mōs ex sexu q ēt possent poni duo z modos ex artibꝰ q ēt possent pōi duo eo modo quo diximus de etatibꝰ: z hoc si posset dari ars que inter oēs artes esset tpata: z q: oēs obmiserat cōpleuit in alio. c. eoꝝ sciaz fm. c. de etate: z tunc erit obseruatū ꝯsiliū Aui. cū dicit diuidendo numerādo z cōplendo debere dari sciaz occultorū: z licet istud dixerit de his que considerat ratiocinando: tn̄ obseruat illuz modū in locis multis theorice sicut hic ex his cessant contraria. Ad primum cum dicitur primo modo equalitatis accidunt alij. 8. modi zc. dicendum ꝙ falsum est: z cum dicitur ꝙ equalitas que fm humana corpora attenditur comparatione aliorum est equalitas primi modi: Dicendum ꝙ equalitas que in homine attenditur respectu aliorum animalium dupliciter consideratur: vno modo vt est sola equalitas ex specie sola z sic est equalitas primi modi z ei non accidunt octo modi alij: immo est vnus z primus. 8. modorum: alio modo est totali equalitas fm humana corpora quantum ad omnem suam etatem considerata: vnde comprehendit homines temperatos z distemperatos cum omni complexione data ex loco z ex natura indiuiduali z pte indiuidui: z hec ē que diuiditur in. 8. modos z est dicere ꝙ complexio temperata in homine octo modis consideratur.

Ad scōz de etate z q̄litate z de sexu iā appz solutio. Ad aliō de modis distēperatoruz scilicet cholericoruz z phlegmaticoꝝ siue calidorum z frigidorum. Dicenduz ꝙ illi sunt modi equalitatis cuz considerantur in comparatione ad secundum modum equalitatis: z ideo ponuntur in sermone de equalitate: sed intelligūtur ex sermonibus de complexionibus inequalitatibus: z ponuntur in fine capituli. Sed vt considerantur in se vt sunt quedā qualitates comprehenduntur sub primo modo equalitatis: z si totuz hoc tibi non placet: dicendum ꝙ dantur intelligi ex opposito secūdi modi equalitatis. Ad vltimā que fuit data nostra: ratio licet oēs predicte fuerint: q: nō iuenio hāc que

species habere debet i qua aliud diuersificatur. Equalitas nāqꝫ ossis est vt siccitas in eo plus abūdet: z cordis vt i eo sit plus caliditatis: z cerebri vt humiditas in eo plurimum abundet: z neruorum: vt in eis plurimum abundet frigiditas. ¶ Modus autem octauus est complexio membri singularis quaz

De partibus

ferant spē. Videtur ꝙ nō qm̄ oīa cōicant in eadē forma substātiali. s. mēbra hominis in aīa rationali: ergo in specie: q: species a forma contrahit esse. Item si membra hominis specie differrent: hō esset minus vnuz qꝫ cumulus lapidū cum cumulus sit cōpositus ex lapidibus vnius spēi z homo ex membris diuersaruz specierū. ¶ Queritur secundo: supposito ꝙ specie differant: vtrum differant per cōplexionez. Videtur ꝙ nō qm̄ cōplexio est accidēs: accidētia aūt non diuersificant speciem. ¶ Ad primum dic ꝙ membra hominis tripliciter possunt considerari. Uno modo fm esse metaphisicum quod contrahunt ex forma substantiali z materia prima non signata neqꝫ quantitate neqꝫ motu z sensibilitate. Isto modo membra omnia hominis sunt eiusdem speciei vt arguūt rōnes ante oppositum. Secundo mō penes esse mathematicum: vt terminata sunt lineationibus z figuris: z hoc modo differunt specie membra organica. Nam alias lineationes habet aures alias pes: alias oculus. Tertio modo fm esse phisicum inquantuz constant ex forma z materia subiecta motui z signata accidentibus: hoc modo differunt specie adinuicem tam membra similia qꝫ organica quecunqꝫ sibi determinant diuersas cōplexiones aut compositiones. ¶ Ad secundum dic si vis ꝙ membra hominis specie differunt suis virtutibus: id sensit Aristoteles secundo de anima tex. 9. dicens. Si oculus esset animal: visus esset anima eius. Item fm exigentiam virtutum membra contrahunt esse z speciem: vt oculus formam aptam ad videndum: lingua ad gustandum. Uel dic si vis ꝙ membra organica differunt specie per compositionem: z simplicia per complexionem fm ꝙ sunt sanabilia vel egrotabilia: taliter autem cadunt sub consideratione medici. Nam sicut album ab albedine vt a propria forma capit esse: z speciem in genere qualitatis: ita membrum organicum a compositione: z omiomerum a complexione capit esse sanabilitatis. ¶ Ad obiectū dic ꝙ complexio non est accidens mēbri consimilis vt sanabile est: immo forma intrinseca. Iuxta illud auerroys secundo colliget z est determinatum quod forme membrorum consimilium non sunt aliud nisi forma complexionalis.

¶ Modus autem octauus zc.] Hic agit princeps de octauo modo equalitatis iustitie z ait quod

stionem disputataȝ ab alio. Dixerunt quidam nostri socij ꝙ equalitas cutis non facit moduȝ equalitatis distinctū: sed cōprehenditur in.8. mō eqlitatis.
Contra: qꝛ sic posset cōprehendi secundus modus in.6. modo vt patet consideranti. Alius socius dixit ꝙ nō est simile de cuti respectu mēbroꝝ: ⁊ de homine tēperato respectu hoīum: qꝛ homo tēperatus hȝ operatiōes perfectas: sed cutis hȝ imperfectaȝ operationeȝ de operationibus anime cōtra detur illud membꝛuȝ quod habet opeatiōnē perfectaȝ ⁊ tūc de illo arguā ꝙ ponat moduȝ equalitatis distinctuȝ.
Aliter dicendū ꝙ cuȝ cutis cōparatur ad alia mēbꝛa tunc cōparat̃ vna spēs alijs speciebus: ⁊ ideo tūc cōstituitur pꝛimus modus equalitatis distinguendo modos equalitatis in mēbꝛa: sicut si esset quedā species aīalīuȝ: ⁊ nūc dicamus ꝙ pꝛimus modus equalitatis cutis ē qui cōuenit cuti cōparatiōe ad alia mēbꝛa. Secundus modus equalitatis est cutis medialis qui est cutis temperate inter cutes. Tertius modus equalitatis est equalitas cutis ſm vnaȝ regionē.
Quartus modus equalitatis est qui reperitur in cute tpatiori que sit poſſis in vnaquaqȝ regione. Quintus modus est equalitas que est in vnoquoqȝ indiuiduo cutis. Sextus est equalitas ꝗȝ hȝ indiuiduuȝ ⁊ est cutis que est melioꝛ que sibi sit possibilis. Septimus modus erit ponendo cutis partes ac si esset organicuȝ respectu equalitatis ꝗȝ hȝ vnūquodqȝ membꝛum cutis: verbi gratia rami venarum ⁊ arteriaꝝ. Octauus modus est notus. Tunc ad formaȝ rationis cuȝ dicitur sicut se hȝ secundus modus ad pꝛimuȝ: ita se hȝ temperies cutis ad septimuȝ modum equalitatis. Dicendū ꝙ falsum est: qꝛ cōparatio secūdi modi ad pꝛimū ē cōparatio medij ad extrema vnius latitudinis ſm speȝ: sed comparatio cutis ad septimuȝ .i. ad oīa membꝛa est comparatio medij ad latitudinem pluriuȝ specieꝝ siue ad plures species .s. species membꝛoꝝ: ⁊ ideo septimus modus: non est septimus: sed pꝛimus: ideo ex hoc cessat pꝛobatio. Sed attēde ꝙ lȝ cōparando cutiȝ ad alia membꝛa fiant modi eq̃litatis sicut cōparando hominē ad alias species: tñ differentia est: qꝛ hō inter animalia est perfectioꝛis operationis appꝛopinquando hoc tñ equalitati pōderis. Sed cutis respectu alioꝝ non est perfectioꝛis operationis: qꝛ sunt alie particule perfectioꝛes vt videtur tamen non esse simile in hoc ꝙ cutis magis appꝛopinquat equalitati ponderis. Considerandum ꝙ isti octo modi distiguuntur in homine sicut in quocūqȝ animali possunt distingui: licet differant in hoc ꝙ homo comparatus ad omnia animalia dicitur equalis.
a ¶Cum aūt spēs ⁊c.] ¶Declaratis modis equalitatis discurrit aliquos illoꝛum vt eligat equalioꝛes modos equalitatis pꝛopinquioꝛes equalitati ponderis: ⁊ pꝛimo discurrit per pꝛimuȝ moduȝ equalitatis .s. per equalitateȝ spēi humane vt ad alia cōparatur. Secundo discurrit per tertiū moduȝ equalitatis. Tertio discurrit per septimuȝ modū eligendo semper id quod ſm vnumquodqȝ hoꝝ membꝛoꝝ est equalius ⁊ pꝛopinquius equalitati ad pondus: ibi secūda [Cūqȝ regiōes] ibi tertia [In membꝛis vero.] Quod pꝛimo dicit pȝ.
¶Consideranduȝ pꝛimo ꝙ discursus per pꝛimuȝ moduȝ equalitatis nō est p ipsum in se sed p ipsum vt alijs cōparatur: ⁊ ex hoc eligit̃ ꝙ homo est tēperatioꝛ omni animali. Considerandū secundo ꝙ Auic. eligens pꝛopinquioreȝ equalitati pōderis eligit semp id ꝙ est mediū inter extremitates sicut homineȝ inter species ⁊ locū tpati aeris inter loca habitabilia ⁊ cutiȝ inter membꝛa. Et ex hoc accipio ꝙ ista appꝛopinquatio est ex parte medij .s. ex parte eius ꝙ est esse mediuȝ vt in qōne de hoc diximus. Dubitatur: quare nō discurrit p alios modos equalitatis ꝗȝ p pꝛimū ⁊ tertiuȝ ⁊ septimū. Dicendū ꝙ cum ego scio ꝙ homo est pꝛopinquioꝛ equalitati: ponderis qꝛ est animal magis tēperatuȝ ꝗȝ alia aīalia: statim scio ꝙ homo de secūdo mō equalitatis est pꝛopinquioꝛ equalitati ponderis quolibet animali ⁊ quolibet homine: ⁊ cū scio ꝙ regio sub eqnoctiali vel quartuȝ clima est temperatioꝛ habitatio ⁊ ꝙ illoꝛ

cum habuerit erit melioris dispositionis quam habere potest. ¶Cum[a] auteȝ species considerauerimus inueniemus hominem certe equalitati pꝛopinquiorem. ¶Cūqȝ[b] regiones attenderimus certificatuȝ erit nobis: ꝙ si fuerit locus q inhabitatur sub equatiōe diei. Neqȝ aliud de rebus terrenis obuiando impedierit videlicet montes aut maria: opoꝛtebit, ibi habitantes equalitati certe pꝛopiquioꝛes existere ꝗȝ alicuius regionum. ¶Jam[c] autem nobis affirmatum est ꝙ opinio que accidit ꝙ excessus ab equalitate est causa pꝛopinquitatis solis: ē falsa. Rectitudo[d] enim solis super capita minus ibi malū opera

Jacobus

modus octauus est complexio membꝛi alicuius melioꝛ quam habere potest.
¶Attende pꝛimo hic ꝙ melioꝛitas complexionis mēbꝛi non attenditur penes maioꝛeȝ appꝛopinquationeȝ ad tēperamentuȝ ponderis: sed penes melius ⁊ perfectius exercere operationem ad quam membꝛum illud oꝛdinatuȝ est. ¶Attende secundo ꝙ hec melioꝛitas non eodem tempoꝛe vel eadeȝ etate cōmunicata est membꝛis omnibus: imo naturalia membꝛa in pueritia foꝛtia sunt: quia possunt optime restaurare deperditum ⁊ augere cum hoc vniuersum coꝛpus: generatiua vero ⁊ motiua voluntarie debilia sunt in pueritia ⁊ foꝛtia in iuuentute. ¶Attende tertio ꝙ non agitur hic de melioꝛitate membꝛi absolute: puta de coꝛde temperatissimo: vel epate vel cerebꝛo: sed de melioꝛitate membꝛi determinati in aliquo indiuiduo siue lapso siue equali p cōparationem ad seipsum in diuersis etatibus ⁊ diuersis dispositionibus ita ꝙ iste octauus modus se habet ad septimum vt sextus ad quintum.
¶Cum auteȝ species ⁊c.] ¶Hic incipit quarta particula tertie partis pꝛincipalis huius capituli in qua ostenditur que species: quod clima ⁊ quod mēbꝛum plus vicinatur certe equalitati. Et pꝛimo ostenditur que species in littera pꝛesenti. Secundo quod clima ibi [Cunqȝ regiones] Tertio quod mēbꝛuȝ ibi [In mēbꝛis vero.]
¶In hac parte dicit pꝛinceps ꝙ cum cōsiderauerimus species inueniemus specieȝ humanam pꝛopinquioꝛem certe eq̃litati idest temperantie ad pondus. ¶Sed instabit aliquis pꝛimo: quia pisces sunt calidi ⁊ humidi cuȝ viuant ⁊ vita stet in calido ⁊ humido: ⁊ tamen sunt minus calidi homine cum refrigerent hominem: ergo plus accedunt ad temperamentum ponderis ꝗȝ homo. Secundo cibus tēperatus ⁊ medicina tēperata sunt eiusdem temperamenti cum homine: quia si excederent temperamentum hominis alterarent ipsum ⁊ ita non essent temperati. Tertio aurum videtur temperatius homine: quia est temperatuȝ ſm omnes suas partes integrales: ⁊ in eo sunt tam bene mixta ⁊ refracta elementa ꝙ non consumitur ab igne: sed plurime partes hominis sunt multū distemperate. Quarto aqua cuius medietas est nix ⁊ alia medietas est aqua feruens est temperatioꝛ homine: quia est temperata per totum: homo vero non nisi ſm cutem.
Item aliqua animalia feruntur longeuioꝛa homine ⁊ coꝛuus ⁊ ceruus: ergo videnẗ a contrarietate magis elongata que est cā coꝛruptionis ⁊ temperatioꝛa. ¶Ad pꝛimum obiectum responde negando ꝙ pisces sint calidi ⁊ humidi: imo sunt frigidi. Et cum dicitur viuunt: ⁊ vita stat in calido ⁊ humido.

equalitas est pꝛopinquioꝛ equalitati ponderis statim scio ꝙ magis temperatus homo de illa regione est illi equalitati pꝛopinquioꝛ ⁊ sic est discursuȝ per tertiuȝ ⁊ quartuȝ moduȝ: ⁊ tunc obmisso quinto ⁊ sexto: cuȝ scio ꝙ inter oīa membꝛa pꝛopinquius equalitati ponderis est cutis ꝙ scio discurrendo p septimuȝ moduȝ statim scio ꝙ cum cutis erit melioꝛis dispōnis que esse potest: tūc ē pꝛopinqoꝛ eq̃litati pōderis ⁊ sic est discursuȝ p septimū ⁊ octauū modū.
¶Sed tunc dubitabitur quare obmissuȝ est discurrisse p quintum ⁊ sextum modū. Dicenduȝ ꝙ quādo subtiliter considerabitur equalitas quīti ⁊ sexti modi vt distincta ab alijs non est comparabilis eq̃litati ad pōdus penes appꝛopinquatiōeȝ vel elongationem: nam quodcūqȝ indiuiduuȝ sibiipsi cōparatum habet melioꝛeȝ equalitatē que sibi cōuenit: ⁊ vnuȝ nō excedit aliuȝ in eq̃litate: ⁊ si excedit est rōne spēi vel equalis de secundo mō vel ex rōne regiōis vt equalis de quarto mō: ⁊ vnūquodqȝ indiuiduū cū est in melioꝛi dispōne que esse pōt est respectu sui ipsius: ⁊ vnuȝ non excedit aliud in hoc. Si aūt iste modus dicendi nō placet dicas ꝙ indiuiduuȝ de indiuiduis ꝙ hȝ tēperatioꝛē cōplexionē indiuidualem: ⁊ tunc tēpoꝛis quo eaȝ hȝ est pꝛopinquioꝛ equalitati ponderis: ⁊ ſm hūc moduȝ est discursuȝ p quintuȝ ⁊ sextum modum: ⁊ Auic. dedit hoc intelligi.
b ¶Cūqȝ regiones ⁊c.] ¶Hic discurrit p tertiuȝ modū equalitatis ⁊ eligit de regionibus tēperatioꝛē: ⁊ vult ꝙ sit regio sub eqnoctiali. Secundo eligit tēperatioꝛē: post illaȝ: ibi secūda [Post istas.] Pꝛima in duas pꝛimo pꝛemittit hoc: secūdo remouendo opinionē que similiter falsa videt̃: confirmat pꝛopositum: secunda ibi [Jaȝ aūt.] ¶Considerandū ꝙ linea eqnoctialis est vnus de circulis maioꝛibus: diuidens speraȝ in duas partes equales transeūdo ab oꝛiente in occidens: ergo est equidistans duobus polis. Et dicitur equinoctialis: qꝛ cuȝ sol: ibi fuerit nox equabit̃ diei. Hāc aūt equinoctialē intersecat zodiacus in duobus locis .s. in pꝛincipio arietis ⁊ in pꝛincipio libꝛe: ⁊ per cōsequens ēt maioꝛ distātia zodiaci ab equinoctiali est in duobus tropicis: terra igitur huic linee equinoctiali subiecta vocatur regio siue locus equinoctialis: ⁊ de hoc Auic. dicit ꝙ est locus temperatioꝛis habitationis ⁊ melioꝛis qui reperiri possit: ⁊ magis appꝛopinquans equali ad pondus.
c ¶Jam aūt ⁊c.] ¶Pꝛimo hic pꝛemittit cōtrariam opinionē esse falsaȝ. Secundo pꝛobat ibi [Rectitudo.] Cōsideranduȝ ꝙ multi viri illustres opinati sunt ꝙ sub equatoꝛe diei idest sub equinoctiali nō sit locus habitabilis ⁊ hec opinio fuit Arist. secundo methauroꝛuȝ: causa auteȝ que eos mouet est quia sol bis in anno eos respicit directe ⁊ eis appꝛopinquat in pꝛincipio arietis .s. martij: ⁊ in pꝛincipio libꝛe scilicet in pꝛincipio septēbꝛis. Unde sol ibi cadens sup capita eorum non facit vmbꝛam: ergo opoꝛtet radios in seipsos reflecti ⁊ per consequens esse locum calidum. Quod auteȝ sol magis appꝛopinquat apparet quia terra spĩcitate sua est eleuata: igitur sol cum directe aspicit pꝛopinquioꝛ est quam cum est in declinatione vel obliquo aspectu. Auic. ergo remouens hoc dicit ꝙ opinio que accidit idest euenit est falsa: quasi dicat est opinio aduentitia falsa ponens ꝙ causa excessus ab equalitate in loco sub equinoctiali est pꝛopinquitas solis scilicet ⁊ rectitudo ⁊ hoc est nobis iam affirmatum idest a nobis quod falsa est opinio que accidit idest superuenit quod excessus ab equalitate scilicet sub linea equinoctiali est causa idest per causam ⁊c.
d ¶Rectitudo ⁊c] ¶Pꝛobat pº remouēdo istoꝝ motiuū: scđo īducit rōnē ibi scđa [Amplius.] Dicit pꝛīo ꝙ veꝝ ē ꝙ capitibꝰ ipsoꝝ q hītant sub eqnoctiali sol appꝛopinquat ⁊ directe illa aspicit tamen minus maluȝ operat̃ hic eis ⁊ minus mutat eoꝝ aerem ad caloꝛem ꝗȝ rectitudo solis ⁊ quaȝ pꝛopinqtas apud nos .s. apud locum habitabilē in quo erat Auic. ⁊ dī ꝙ est tertiuȝ clima. Sed illud auer. de sua habitatione dixit ꝙ est in quinto climate. Si igitur fuit

De partibus

Dic cum Galieno secundo de cōplexionibus .c.i. id esse sic intelligendum: ꝙ omne animal viuens est calidius ⁊ humidius seipso naturaliter moꝛtuo: ideȝ sentit Aristoteles libꝛo de longitudine ⁊ bꝛeuitate vite dicens. Animal est natura calidū ⁊ hu. ⁊ viuere tale: senectus autē frigida ⁊ sicca ⁊ quod moꝛtuuȝ.
Ad secundum dic ꝙ cibus ⁊ medicina temperati non habent equalitateȝ complexionis ex mixtura elementoꝛuȝ suorum: sed dicūtur temperati: qꝛ nō immutant hominem vtentem eis ad aliquod latus discrassie. Ad tertium dic de auro sicut de cibo ⁊ medicina temperatis: ſm eam pꝛopꝛiam complexionem est frigidum terrestre coagulatum a frigido. Cuius rei signum est ꝙ liquefit a calido: sed respectu hominis vtentis eo temperatum dicitur. Ad quartum de aqua dic ꝙ non est species de qua est sermo: nec temperies ipsius pꝛopꝛie dicitur complexio. Ad quintum dic ꝙ longeuitas non pꝛocedit a temperantia: sed ab abundare in humido pingui non cito siccabili: nec putrescibili ⁊ caloꝛe naturali ei pꝛopoꝛtionato: vt ait Aristoteles in libꝛo de longitudine ⁊ bꝛeuitate vite.
¶Cūqȝ regiones ⁊c.] ¶In hac pticula pꝛimo ostendit pꝛinceps q̃ regionum est temperatioꝛ ſm ipsius opinionem. Secundo coꝛripit opinionem dicentium ꝙ pꝛopinquitas solis est causa excessus regionis in caliditate ibi [Jam autem] Tertio ostendit que regionū est temperatioꝛ post illam que est sub equinoctiali ibi [Post ipsos autem.]
¶In pꝛima parte dicit ꝙ si attente cōsiderauerimus regiones erit nobis certum ꝙ opoꝛtet habitantes sub equinoctiali esse pꝛopinquioꝛes equalitati ad pondus ꝗȝ habitatores cuiuscūqȝ alterius regionis: si regio equinoctiali supposita fuerit habitata ex pꝛouidentia creatoris scilicet non impedita per maria neqȝ per montes inaccessibiles aut pꝛecipitia.
¶Jam autem ⁊c] ¶In secun dicit ꝙ opinio que accidit idest ad hoc cadit ⁊ se determinat vel que accipit ꝙ excessus ab equalitate in caliditate regionis est ratione pꝛopinquitatis solis est falsa. Pꝛimo quia rectitudo solis super capita habitantium operatur ibi minus malum insuper calefaciendo .s. ⁊ minus mutat aerem ad excessum caliditatis ꝗȝ pꝛopinquitas rectitudinis aspectus solis apud nos qui scilicet moꝛamur ī arabia aut apud eos qui sunt in maioꝛi latitudine ꝗȝ nos id est in climite maioꝛis latitudinis. ¶Et circa hoc attende ꝙ latitudo climatuȝ attenditur a pꝛincipio cuiusqȝ eoꝛuȝ versus equinoctialeȝ vsqȝ in fineȝ eius versus polum articum: ⁊ est maioꝛ latitudo in pꝛimo climate postea in secūdo ⁊ sic deinceps. Longitudo vero climatis attenditur

fuit improbatur illud Auicē. non potuit esse tertium clima: ⁊ queadmodum apud eos qui sunt in maiori latitudine: ⁊ in climate primo ⁊ secundo. Considerandū primo opinionē Auic. fuisse ꝙ licet propinquitas ⁊ directio .i. directus aspectus solis sint cause calefactionis: tamen maior cā esset mora. Et hoc probat Auic. fen secunda capl'o de mutationibus aeris nō naturalibus: ⁊ p duo signa. Unū q: maior calor est post meridiē q̄z i medio diei: ⁊ tñ in meridie sol magis nobis appropinquat ⁊ directius aspicit q̄z post meridiē: verbi gratia inter nonā ⁊ vesperaz. Aliud signū est q: de mense Junij sol directius aspicit capita nr̄a q̄z de mense Julij ⁊ Augusti: tñ plus calefacit de mense Julij vsq̄z ad mediū augusti: ⁊ hoc nō est propter aliud nisi q: sol maiorē contraxit moraz. His premissis Auic. soluit ad illoꝝ motiuum: cū .n. dicunt ꝙ sol directe aspicit ⁊ magis appropinquat ad capita nostra habitantium sub equinoctiali cōcedit hoc: tamen negat ꝙ ex hoc ille locus cōburatur: q: non moratur ibi sol: sed statim ab eoꝝ oppōne declinat: q: latitudo linee equinoctialis videt̄ esse duoꝝ graduū. Secundo Auic. arguit contra eos cōcesso sibi hoc primo ꝙ mora plus facit q̄z rectitudo: arguit sic: apud nos qui sumus in tertio climate ⁊ apud eos qui sunt in primo climate ⁊ secūdo propinquitas solis ⁊ rectitudo quā hȝ ⁊ hoc est ꝙ dicit ⁊ rectitudinis propinqtas. Non operatur malū: imo sunt loca habitabilia: ergo minus malū operabit̄ eis qui habitant sub equatore: tenet cōsequentia ex suppositione .s. ꝙ mora solis plus facit q̄z rectitudo ⁊ q̄z propinquitas. Sed magis moratur sol super capita eoꝝ qui sunt in primo secūdo ⁊ tertio climate vt notū est: ⁊ q: dixerat rectitudinis propinquitas vult ostendere ꝙ non intelligit ita esse rectitudinē ⁊ propinquitatem solum apud eos vel apud illos qui sunt in maiori latitudine sicut est apud habitantes sub equinoctiali: ⁊ ideo subdit: licet rectitudinem non habeamus .s. nos nec illi qui sunt in primo vel in secundo climate: licet illi qui sunt in climate primo vel secundo maiorē habeant rectitudinē adhuc tamen stat ratio Auic. quia si mora est potior causa calefactionis ⁊ vbi est maior mora sicut apud nos idest in tertio climate malū non operatur: ergo minor mora minus poterit operari malū scilicet sub equinoctiali. Cōsiderandum ꝙ illi qui sunt in climate primo ⁊ secundo dicuntur esse in maiori latitudine climatum: q: climatis primi ⁊ secundi latitudo est maior q̄z tertij latitudo primi est .400. miliarioꝝ sed tertij est .350. s̄m auctorem spere. Amplius inducit rationē: nā dicit ꝙ dispositiones eorum sunt nobiles similes quia non est inter eos magna diuersitas.

tur: ⁊ minus mutat aerem q̄z rectitudinis propinquitas apud nos: aut apud eos qui sunt in maiori latitudine: q̄z nos licet rectitudinē non habeamus. Amplius omnes dispositiones morantium in linea equinoctiali sunt dispositiones nobiles similes. Neq̄z[a] aer ibi ipedimēto impedit̄ sensibili: sȝ eoꝝ cōplexionibꝰ sp est similis: ⁊ ad hanc sententiam affirmandam iam fecimus dictionem.

¶ Post[b] ipsos autē qui in quarto morantur climate magis tēperati existūt.

a ¶ Neq̄z impedit̄ ⁊c.] ¶ Considerandum ꝙ antonius credit istā rōnē esse ꝯ Auic. nam si complexiones aeris sunt similes cōplexionibus illoꝝ corpoꝝ ⁊ cōplexiones corporū cōplexionibus aeris: igit̄ cū aer sit calidus ⁊ siccus talis erit illoꝝ cōplexio. Sed iste vir nō intelligit Auic. per hoc .n. ꝙ dicit nobiles intelligit ꝙ sint temperate: p h' ꝙ dicit similes itelligit siles aeri ⁊ iā hoc Aui. pro affirmato hȝ ꝙ aer sit temperatus: vel intelligit similes .s. inter se q: tota illa habitatio est vniformis in tēperamēto: ⁊ ideo hoīes sunt sibi similes inuicē in figura quātitate colore ⁊ alijs: illius aūt loci tēperantiā multi multis vijs conantur cōfirmare ⁊ in hoc vide conciliatorem differentia .63[a].

b ¶ Post istos ⁊c.] ¶ Hic ostēdit q̄ est magis tēperata habitatio post illā q̄ est sub eqnoctiali ⁊ intelligit q̄rtū clima: scdo pbat ibi [Neq̄z] Cōsiderādum ꝙ clima est pars terre habitabilis sumpta penes diuersitatē lōgitudinis diei ex additione hore vnius. V.g. maior dies sub eqnoctionali est .12. horarū maior vero in primo climate est .13. horaꝝ in secūdo aūt .14. ⁊c. modus autē imaginandi .7. climata est quem lege in tractatu de spera.

Jacobus De partibus

tis attēditur ab oriente in occidentē ⁊ est similiter in primo climite maior postea in secundo, ⁊ sic deinceps propter angustiā sphere licet rectitudinē nō habeamus .i. licet sol nunq̄z directe superponatur capitibus nostris. Secundo quia omnes dispositiones cōmorantiū sub equinoctiali sunt dispositiones nobiles similes, id est pene vniformes quo ad influentiā solis ⁊ totius zodiaci. Tertio quia aer non impeditur ibi impedimento sensibili scilicet per ventos boreales aut austrinos: sed est semper similis complexionibus eorū. Et ad hanc sententiā affirmādā iā fecimus dictionē .i. determinationē alibi. ¶ Post ipsos ⁊c. [¶ In tertia dicit ꝙ post habitantes sub equinoctiali illi magis sunt temperati qui morantur in quarto climate. quia non aduruntur propter nimiā morā rectitudinis solis super eorū capita neq̄z mora solis super capita eorū elongatur ab eis paruū immo satis queadmodū paruū elongatur ab eis qui sunt in secundo ⁊ tertio climatibus. neq̄z congelantur sicut hi qui sunt in fine quinti climatis: ⁊ qui remotiores s̄m latitudinē .s. procedendo versus septētrionē ⁊ recedendo a meridie congelantur. propterea ꝙ sol est nimis remotus ab eorū capitibus. ¶ Attende primo ꝙ terra habitabilis a quibusdā diuiditur in tres magnas partes .s. asiam africā ⁊ europam. Ab alijs in .4. scȝ in orientalē: occidentalē: meridionalē: ⁊ septētrionalem. Ab alijs in quinq̄z plagas suppositas quinq̄z celestibus zonis. quarū plagarum media est inhabitabilis s̄m Uirgiliū ⁊ Ouidiū ⁊ multos alios ob nimiū calorē: ⁊ due extreme sunt inhabitabiles ob nimium frigus: ⁊ due medie inter extremas ⁊ mediā sunt habitabiles. Juxta id virgilij primo georgicorū. Quinq̄z tenent celū zone quarū vna chorusco. Semper sole rubens ⁊ torrida semper ab igne. Quā circū extreme dextra leuaq̄z trahuntur. Cerulea glacie concrete atq̄z hymbribus atris. Has inter mediāq̄z due mortalibus egris. Munere concesse diuū ⁊ via secta per ambas. Obliquus qua se signorū verteret ordo. Et etiā illud Ouidij primo metamorphoseos. Utq̄z due dextra celū totidemq̄z sinistra. Parte secant zone quinta est ardentior illis. Sic onus inclusū numero distinxit eodē. Cura dei: totidemq̄z plage tellure premuntur. Quarū que media est: non est habitabilis estu. Nix tegit alta duos: totidem inter vtrasq̄z locauit. Temperiēq̄z dedit mixta cum frigore flamma. ¶ Pro ampliori declaratione istarū zonarum ⁊ plagarū terre que directe supponuntur eis. Attende ꝙ zone celi distinguuntur penes processū a polo artico qui nobis semper apparet ad polū antarticum qui semper est nobis occultus. Est igitur prima zona a polo artico vsq̄z ad circulū articū. Secunda zona est a circulo polari artico vsq̄z ad tropicū cancri. Tertia zona est a tropico cancri vsq̄z ad tropicū capricorni: ⁊ in medio istius zone est circulus equinoctialis ⁊ in hac zona est etiam zodiacus. Quarta zona est a tropico capricorni vsq̄z ad circulū polarē antarticū. Quinta est a circulo polari antartico vsq̄z ad polū antarticū. ¶ Consequenter attende ne per ignota procedas ꝙ circulus polaris articus est circulus paruus quē describit polus zodiaci circa polū articū seu borealē: vel septētrionalē firmamenti. Et circulus polaris antarticus est circulus quē describit alius polus zodiaci circa polum antarticū seu australē vel meridionalē firmamenti. Et tropicus cancri est circulus quem describit sol raptu firmamenti dū est in maxima sui eleuatione .s. in primo puncto cancri. Et tropicus capricorni est circulus quē describit sol dū ē in maxima sui declinatiōe scilicet in primo puncto capricorni. Et isti quattuor circuli sunt minores circuli sphere nō diuidentes spherā in duo equalia. Et inter duos circiculos tropicos est equinoctialis circulus maior existens diuidens spherā seu firmamentū in duo equalia distans equaliter s̄m quālibet sui partem ab vtroq̄z polo. Et dicitur cingulus primi mobilis. Dicitur etiā equinoctialis seu equator diei ⁊ noctis: quia quando sol transit per ipsū est equinoctiū in tota terra scȝ dum sol est in primo puncto arietis ⁊ in prīo pūcto libre. Est ēt īter duos circulos tropicos zodiacus circulus maior obliq̄ se habēs cuiꝰ ps vna tāgit tropicū cācri: ⁊ alia tropicū capcorni. Et iste est circulus .12. signorū in quo mouentur omnes planete. ⁊ quodlibet signorū eius continet .30. gradus. Et est circulus latus: cuius latitudo est .12. graduū. Et diuiditur per lineā mediē dictā eclipticā que relinqt sex gradus ex vna parte: ⁊ sex ab alia pte in latitudine. Et ab hac ecliptica sol nunq̄z recedit: sed alij planete recedunt ab ea discurrentes per latitudinē zodiaci. ¶ Attende iterū ꝙ distantia tropici estiualis ad circulū articū est circiter .13. graduū. Et talis est distātia tropisci hyemalis ad circulū antarticū. Equinoctialis vero ad tropicū est circiter .24. graduū .s. minus .9. minutis: ⁊ tanta est a circulo artico vsq̄z ad polū articū. Et distātia a polo mundi ad polū zodiaci est .23. graduū ⁊ .51. minutorū. Et distantia inter tropicos est .48. graduū minus .18. minutis. ¶ Ulterius attende ꝙ de quinq̄z plagis terre directe suppositis dictis zonis certitudinē non habemus experimentalē ꝙ aliqua earū per homines habitetur: nisi de illa tantū que supposita est secunde zone que dicta est esse a circulo polari artico vsq̄z ad tropicū cācri. de duabus enī extremis .s. prima ⁊ quinta cōcedunt omnes ꝙ sunt inhabitabiles pre nimio frigore. De media vero est opinio cū Uirgilius ⁊ Ouidius ⁊ multi astrologorū dicant eam inhabitabilem pre nimio calore. Et demascenus ⁊ Auicenna ⁊ alfraganus dicant eā temperate habitationis. maxime quoad partē que supponitur equinoctiali. De quarta vero que est a tropico capricorni vsq̄z ad circulū polarē antarticū: quorundā opinio est ꝙ non ihabitatur. Alij dicunt ꝙ inhabitatur per antipodes qui incedunt contra nos pedibus vel plantis oppositis: ⁊ habent diem dū nos noctē habemus. propterea seneca vidēs dissolutiōes suoꝝ principū in vigilijs nocturnis ⁊ sōnis diurnis optat vt sint cū antipodibus. ¶ Ab alijs aūt terra hītabilis diuidit̄ in septē climata ⁊ sunt ptes terre habitabiles distincte adinuicē penes morā solis sup suū hemispheriū in qbus gētes sensibilit̄ diuersificant̄ i cōplexiōe moribꝰ ⁊ vita. ¶ Et circa hūc modū diuisiōis attēde ꝙ ab antiqs septē ponūt̄ climata q̄ oīa cōprehēdunt̄ in plaga terre directe supposita illi zone celi q̄ est inter circulū tropicū cācri ⁊ circulū polarē articū diuisa penes incessū a meridie in septētrionē. Primū clima dr̄ dyameroes ⁊ est terra vicina terre supposite tropico cācri. in cuius medio dies plixior totius āni est .13. horaꝝ ⁊ breuior .11. Scdm dr̄ dyacyenes: in cuiꝰ medio dies plixior est .13. horaꝝ cū media ⁊ breuior decē cū media. Tertiū dr̄ dyalexādrios: in cuius medio dies plixior est .14. horaꝝ: ⁊ dies breuior decē. Quartū dr̄ dyarodos in cuius medio plixior dies est .14. horaꝝ cū media ⁊ minor nouē cū media. Quintū est dyaromeros in cuius medio plixior dies est .15. horaꝝ ⁊ breuior nouē. Sextū est dyaboristenes: in cuius medio plixior dies est .15. horaꝝ cū media: ⁊ breuior .8. cū media. Septimū clyma dr̄ dyaripheros in cuius medio plixior dies est .16. horaꝝ ⁊ breuior octo. Et cōputta diē in his oībus ab ortu solis vsq̄z ad occasum. Quidā addiderūt octauū clima sub quo comprehēderūt oēs regiōes q̄ sunt sub ambianis vbi terīat̄ septimū clyma .s. hānoniā: flādriā: brabātiā: hollandiā zelandiā: angliā: scotiā: ⁊ hiberniā. ¶ Ulterius attēde ꝙ de septē dcīs climatibus tria pria sunt distēperata i calore ⁊ siccitate pp propinqtatē solis ad zenich capitis eoꝝ ⁊ morā lōgā sup eoꝝ capita. Et intellige ꝙ p zenich pūctū in celo directe suppositū illi cuius dr̄ zenich. Et tria vltima sunt distēperata in frigore pp elongationē nimiā solis ab eis ⁊ obliqtatē plurimā in icessu radioꝝ solariū ad ea. Mediū vero .s. quartū est ceteris tēperatius: q: neq̄z nimis appropinquat soli vt̄ imoderate caleat neq̄z nimis distat ab eo vt̄ frigeat vltra mensurā. ¶ Hic solet q̄ri vtrū sub eqnoctiali sit tēperatissima habitatio. Et relicta opinione Uirgilij ⁊ Ouidij ⁊ multoꝝ astrologoꝝ dicentiū ꝙ tota portio terre supposita torride zone est inhabitabilis pp nimiū estū que est multū colorata ⁊ apparēs. ¶ Ad declarationē mentis principis. Attēde primo ꝙ i terra subiecta eqnoctiali fere noctes sunt equales diebus pro magna pte anni. ¶ Attēde scdo ꝙ dcā in terra quolibet anno sunt due estates ⁊ due hyemes. Nā bis in āno sol trāsit p zenich capitū incolaꝝ illius terre .s. dū est in principio arietis ⁊ in principio libre: ⁊ tunc sunt eis duo alta solstitia ⁊ due estates: ⁊ dū trāsit p prima pūcta cancri ⁊ capricorni sunt eis duo yma solstitia ⁊ due hyemes: ⁊ pportionabiliter sunt eis duo vera ⁊ duo autumni. His pmissis dic cū principe ꝙ sub eqnoctiali est tēperatissima habitatio si montes ⁊ maria vel aliqua talia iussu creatoris eā non impediāt. Primo q: rex planetarum ⁊ dator vite sol est in eqnoctiali velut in statiōe media sui cursus ⁊ tāq̄z rex in medio regni: dȝ ergo in plaga terre subiecta eqnoctiali perfectissimam ⁊ tēperatissimā influētiā possidē. Sȝ q̄ pōt esse pfectior ⁊ tēperatior influētia q̄z cōcurrere ad pductionē dignissime creaturaꝝ sub esse pfecto in nālibus. Scdo noctes ibi sunt equales fere diebus: ⁊ ita frigiditas noctium temperat estum dierum. Tertio sunt illic due estates ⁊ due hyemes: paucitas ergo durationis estatis ⁊ successio hyemis temperantis eius calorē prohibere debent terram a nimio caumate. Quarto omnes dispositiones commorantium sub equinoctiali sunt dispositiones nobiles similes idest vniformes

a ¶ Neqꝫ enim ꝛc.] ¶ Arguit sic illi sunt magis tēperati ex habitatione qui non comburuntur propter moram rectitudinis solis. sicut sunt illi qui recte supponuntur duobus tropicis: qui duo sunt hyemalis ꝛ estiualis ꝓprijs sub habitationibus licet vnus comparatus alteri sit hyemalis. illi etiaꝫ sunt magis temperati quibus sol nō elongatur modicuꝫ sicut modicuꝫ elongatur ab hys qui sunt in. 2°. ꝛ tertio climate. vnde sunt habitationes calide. illi etiam sunt magis tēperati a quibus sol etiaꝫ nō superflue elōgatur sicut fit habitantib⁹ remotius ab equinoctiali versus septētrioneꝫ vt in climate. 6. ꝛ. 7. ꝛ vniuersaliter partibus multū appropinquantib⁹ septētrionali. Sed habitantes in quarto climate sunt tales quia habent rationem cuiusdam medij ergo ꝛc. ¶ Considerandum ꝙ cū Auic. concordare videtur haly in tegni tractatu secūdo. cōmēto. 47. Sꝫ Auer. colliget. 2°. dicit ꝙ temperatior habitatio ē in quinto climate ꝛ non est veruꝫ ꝙ dicitur de. 4°. Conmentator vero adheret Auic. Nostra autem habitatio videtur esse in. 5. climate. Roma autem est in medio quinti climatis. ꝛ ideo dicitur clima dyaromedes vel dyaromes a Roma: hec sufficiāt hic pro communibus intellectibus.

Non enim adurūtur propter mora rectitudinis solis super eorū capita: neqꝫ elongantur ab eis parum: quemadmodum fit in climate secūdo ꝛ tertio: neqꝫ congelantur: sicut contingit his qui in extremitate quinti climatis habitant: ꝛ qui ꝑꝫ latitudines sunt remotiores: propterea ꝙ sol ab eorum capitibus est remotus. ¶ In membris vero iaꝫ manifestum fuit ꝙ membra principalia non sunt equalitati certuꝫ propinqua. Inmo oportet vt scias ꝙ caro est mēbruꝫ illi equalitati ꝓpinquius q̄ꝫ cetera mēbra. Cutis tamē carne propinquior est: quasi enim non patiꝛ ab aqua equaliter temperata cuius medietas sit nix ꝛ altera medietas aqua feruens. Et forsitan caliditas venarum ꝛ sanguinis neruorum frigiditati in ea equatur. Similiter quoque non patitur a corpore quod bene temperatum existit ex siccioribus corporibus ꝛ humidioribus: cum in eo equalia fuerint. Et nos quidem scimus ꝙ non est causa quare non patiatur nisi quia non sentit illud. Neqꝫ est tale q̄le est illud nisi quia propter ipsum non patitur: nisi enim tale esset quale illud pateretur.

b ¶ In membris vero ꝛc.] ¶ Hic discurrendo per septimum modū equalitatis eligit membruꝫ temperatum ꝙ magis appropinquat equalitati ponderis ꝛ primo premittit: secundo probat. ibi secunda [Quasi ipsa enim] Tertio ostendit que pars eius sit temperatior. ibi tertia [Quod autem] Et vult ꝙ inter omnia membra cutis sit temperatior temperamēto propinquo equalitati ad pondus. Considerandum ꝙ necessaria fuit medico hec inuestigatio vt haberet aliquod mediuꝫ ad q̄d compararet reliqua mēbra: ꝛ ad q̄d differrent calida ꝛ frigida. Considerandum ꝙ caro est quincuplex. s. glandosa ꝛ de hac dicit Barthol. ꝙ Auicen. intellexit hic. Alia est caro cōfusa vt caro cuiuscunqꝫ visceris vt caro pulmonis ꝛ epatis ꝛ splenis ꝛc. ꝛ dicitur confusa vt appet. x. therapentice quia eius cōplexio cōfunditur ꝑm vnūquodqꝫ membrum in quo est: vnde caro pulmonis est calida ꝛ sicca: illa epatis calida ꝛ humida. Tertia est caro lacertosa ꝛ est ipse lacertus: ꝛ ꝑm ... yn. de hac carne est hic sermo. Quarta caro est pura ꝛ ista non inuenitur in actu sꝫ est pars lacerti vt scribitur secundo de cōplexionibus capitulo secundo. Quinta caro est simplex idest caro solum habens sensum tactus sicut caro gingiuaruꝫ ꝛ caro que est in extremitatibus digitoruꝫ: ꝛ ista est caro de qua loquitur Auicen. ꝑm Anto. ꝛ credo eum verius dixisse q: ista est que est magis cōfracta in qualitatibus extremis cuius signū est certior sensibilitas. Quasi. n. ꝓbat ꝛ inducit tres rōnes. ꝑma est hec cutis non patitur a tēperato inter calidum ꝛ frigidū: ergo cutis est tēperata: ꝓbat añs si misceaꝛ nix ꝛ aqua feruēs equalr. Cōsiderādū ꝙ dic q̄si q: nō pñt fieri pūctuales eq̄litates ita ꝙ nullo mō patiaꝛ. Scđa rō est hec i cuti ꝯcurrūt ꝑtes calide ꝛ frigide: ergo i cuti fit eq̄litas. Dixit aūt forsan q: nō posset ꝓbari quātitas sanguis ꝛ gradus caloris: neqꝫ quātitas neruoꝝ ꝛ frigus eoꝝ. Tertia rō cutis nō patiꝛ a tēperato iter humidū ꝛ siccū: ergo ē tēperata inter illa: hāc autē sicci ꝛ humidi mixtionē vide a Galieno p̄io de cōplexiōibus nono capi. Iaꝫ ergo cōcludiꝛ ꝙ cutis sit tēperata iter oēs .q̄tuor q̄litates.

c ¶ Et nos q̄dē ꝛc.] ¶ Probat añs ꝛ ꝯñaꝫ duaꝝ rōnuꝫ: ꝑmo añs sicut cutis non sentit illas res tēperatas: ergo non patiꝛ ab illis ecce ꝙ dicit nō est causa quare nō patitur nisi q: sentit tenet hec ꝯña quia membruꝫ habens sensum si patiꝛ a sensibili sentit illud cuꝫ sentire sit in pati.

d Neqꝫ est tale. ꝓbat cōsequentiam sic cutis non patitur ab hoc temperato corpore: vt iam probatuꝫ est. ergo cutis est similis illi ꝛ per consequens temperata ꝛ hoc est ꝙ dicit q: nō patiꝛ est tale quale illud: probaꝛ hoc q: deꝛ oppositū ꝯñtis non est tale q̄le id. i. nō est illi simile cōparatū sicut id sequiꝛ ergo patiꝛ ab illo: ꝛ hoc destruit añs: iam. n. ponebatur non pati ab illo.

Jacobus De partibus

in vijs ꝯcauitatibꝰ corpis de hūiditatibus phlaticis ꝛ muscillaginosis ineptis nutritioni ꝓpea magis tussiūt ꝛ plus spuūt magis grauāt lippis ꝛ lachrymis ꝛ plus emūgūt seu demuscillagināt. Querit circa. 7. ꝯclone ꝙ etate ē hō tpatior. Arguit pmo ꝙ i senio. hō q̄đo viuit est calidus ꝛ hūidus: ꝙ vita est ꝓpria i calido ꝛ hūido: s i senio ē minus calidus ꝛ minus hūidus q̄ꝫ i q̄cūqꝫ alia etate: q̄ magis appropinq̄t tpamēto pōderis. Deinde arguit ꝙ i senectute: q2 tūc hō hꝫ opatioēs q̄ sunt hōi ꝓprie pfectissimas: ꝛ ꝟtutes eius supiores tūc sunt in flore. Nā voluntas senū magis regulata ē ꝛ minime sequēs passiōes ꝛ eoꝝ rō plus ornata ꝟtutibꝰ ꝛ itellectu abūdātior in sciētijs: s a pfectōe opationū iudicat tpata ꝯplo ad iustitiā cū sit illa q̄ h ꝺ elemētis hꝫ optimā ꝓportiōis et diuisiōis eqtatē ad opa pficiēda. Deide arguit ꝙ i iuuētute pmo auctē. Ga. 2. de cōplonibꝰ. c. 2. dicētis. In etate āt statꝰ iuuenis oīa aīalia digniora vt sint media iter extremitates: qm̄ siccitatis finis vltimus nō ꝯseqt vt i senectute: neqꝫ est in ea adhuc hūiditatis ꝛ mollitiei res multa: sicut illud qđ ē i etate isantis ꝓping tpis natiuitati. Itē auctoritate pn. h dicētis. Iuuētꝰ aūt hꝫ ꝯplōnē magis eq̄leꝫ cōplōne pueri. Itē oēs opatiōes corporeaꝝ ꝟtutū sunt i iuuētute pfectissime. Nā iuuenes optie digerꝉ optie nutriunꝛ ꝛ de purissimo sanguine magis ꝓlifici sunt i sensu ꝛ motu vigēt. Et vt sit ad vnū dicere ē etas pulchritudis ꝛ ꝟe pfecta i vigore corpis. Itē i ea mēbra oīa corpis sunt cōpleta ꝛ nō āū nec aliqđ eoꝝ decrescere icepit. Deide arguiꝛ ꝙ i pueritia pꝰ auctē. G. 6. de regi. sa. dicētis. Optimā qdē crasim hꝫ corpus ꝟm pueroꝝ etatē. Alie vero oēs etates deteriores sunt hac. Itē sexto morbi. c. 3. digō ꝛ augumētatio ꝛ solidatio sit pfecta i pueroꝝ corporibꝰ: ꝛ de his nulla sit ita pfecta i corpibꝰ iuuenum. De augmētatiōe certū ē cū nulla sit i iuuenibꝰ de ꝯsolidatiōe expientia docet ꝙ mēbra solida vt ossa nō ꝟe cōsolidanꝛ nisi i pueris. Et h asserit. G. 3. tegni tex. 16. De digōne dicit. G. 6. morbi. Pueri ꝟo hn̄t mutatiuā fortiorē iuuenibꝰ pfectā hn̄tibus etatē. Itē dixit pn. c. 1. doc. huiꝰ: ꝙ tpamētū iustitie iueniꝛ in etate i q̄ augmētū ad suū ꝓuenit finē: ꝛ h est in fine adolescētie. Pro solutiōe attēde pꝰ ꝙ qđ h pōt itelligi de tpamēto pōderis vt sit sensus: i q̄ etate hō est vicinior ꝟe eq̄li ad pōdus. Pōt ēt itelligi de tpamēto iustitie qđ attendiꝛ penes hrē de elemētis ꝟm optimā ꝓportiōis ꝛ diuisiōis eqtatē ad opa pficiēda vt sit sensus i q̄ etate pficit hō melius suas opatiōes. Attēde ꝟo ꝙ hō hꝫ tria gn̄a opationū ꝛ tria gn̄a ꝟtutū. s. nāle: vitale: ꝛ aiatū: ꝛ tria organa pncipalia eis correspondētia: vꝫ epar nāli: cor vitali: ꝛ cerebrū aiato. Et nāle genus subdiuidiꝛ in id qđ ordinatū est ad ꝯseruationē spēi cui respōdēt testiculi ꝛ ad id qđ ordinatū ē ad ꝯseruationē indiuidui. His pmissis dic pꝰ ꝙ iuuētus est vicinior tpamēto pōderis alijs etatibꝰ. Ipsa. n. mediat iter etatē calidā ꝛ hūidā: ꝛ frigidā ꝛ siccā: q̄ elōgatior ē ab extremis oibꝰ. Sꝫ dices ex q̄ ē media seu eq̄lis ꝟꝫ vtrāqꝫ ꝯrietatē. s. calidi ad frm: ꝛ hūidi ad siccū qd deest qn sit tpata ad pōdus. Dic ꝙ plura desunt. Primū. n. est q2 iuuenis nō q̄lrcūqꝫ vicinus existit eq̄li ad pōdus: sꝫ suoꝝ mēbroꝝ alteratiōe. i. coalternatiua ꝯparatione calidoꝝ sicut cor froꝝ sicut cerebrū hūidoꝝ velut epar ꝛ siccoruꝫ sicut ossa. Scđꝫ ē q2 ꝯcesso ꝙ de elemētis hēt eq̄lē eq̄litatē: nō tn̄ de eis hꝫ eq̄leꝫ q̄ꝫtitatē cū sit terreus a dn̄io ꝛ multū grauis ꝛ h reqriꝛ in tpato ad pōdus vt nomen indicat. Dicitur enim temperatum ad pondus: quia de elementis grauibus ꝛ leuibus equalem habet ꝓportioneꝫ. Tertium est quia si sit equalitas qualitatum in iuuene reperitur in sola ipsius cute que est membruꝫ ignobile ꝛ nō in cute ꝟm ipsius innatam complexionem: sed quia caliditas venarum ꝛ sanguinis ꝛ neruorum frigiditas in ea equantur. Dic secundo ꝙ adolescentia est temperatior ceteris etatibus temperamento iustitie quo ad actus ꝛ virtutes naturales ordinatos ad conseruationeꝫ indiuidui. Probatur primo auctoritate Ga. sexto de regimine sanitatis dicentis. Duplicibus enim existentibus actibus ꝟm animalia: corporales quideꝫ pueri optimos habent phisicos idest nāles. Probatur ēt auctoritatibus ꝛ rōnibus supius allegatis pro pueritia. Iteꝫ caliduꝫ innatuꝫ ꝛ humidū radicale sunt puriora ꝛ magis aerea ꝛ minus terrestria in pueritia q̄ꝫ in iuuentute: ꝛ ideo faciunt restaurationē purioris ꝓpea dꝛ puer quasi purus aer. Item sanguis q est humidus facilius vniꝛ ꝛ assimilaꝛ membris pueroꝝ que sunt humida q̄ꝫ iuuenū. Cuius rei signū est ꝙ pueri sunt cōmuniter carnosiores iuuenibus maxime ꝟm regiones nāliuꝫ. Dic tertio ꝙ homo a vigesimoprimo āno vsqꝫ ad fineꝫ iuuentutis est temperatior quo ad actus ꝛ virtutes nāles ordinatos ad conseruationeꝫ speciei. Ita ꝙ fortitudo ꝛ pfectio actuū generationis capit aliqd de fine adolescētie. Iuxta illud Aristo. 5. de nā aīalium. c. 14. Et exitus spermatis est in termino duoꝝ septēniorum: ꝛ sperma est conueniens ꝛ bonuꝫ in complemento tertij. Et in passu simili libri sui de animalibus ait Auicēna. Et sperma quod melius est in eis est illud quod est in fine. 21. annorum. Et Aristo. rursus. 7. de natura animalium capitulo primo ait. Generatio vero filiorum non est conueniens nisi post tria septēnia ānoꝝ: quoniam sperma non est generans ante illud tempus: ꝛ si fuerit erunt filij parui ꝛ imperfecti: ꝛ paulopost dicit de mulieribus. Et post tria septennia efficiuntur conuenientes ad partum: viri autem magis indigent isto tempore: quoniam sua corpora recipiunt crementuꝫ tunc. Et in passu simili ait Auicenna. Et sperma bene coctum ꝛ faciens masculos est illud quod est viri. 21. annorum ꝛ mulier si impregnetur ante vigesimumprimum annum debilitatur multum ꝛ palescit propter hoc. Item dicit princeps tertij. 21. tractatu secundo capitulo de causis masculinitatis ꝙ etas adolescentie absque pueritia ꝛ senectute adiuuat ad masculinitatem. Probatur conclusio quia tempore predicto homo est quasi perfectus in omnibus membris: ꝛ ex solo tali generatur fetus perfectus. Item tunc temporis homo est temperatior q̄ꝫ vnquam fuit aut erit vt premissum est: sed virtus spermatis est sequens equalitatem complexionis: ꝛ debilitas eius est exitum complexionis ab equalitate: vt ait haly secundo tegni commento. 6. tracta. de testiculis illius canonis. Si vero frigidi ꝛ humidi ꝟm crases fuerint testiculi allegans super hoc Galienum. Item tunc sperma est abundantius ꝛ magis digestum: non enim abundat in pueritia cum tota nutrimentalis humiditas conuertatur ad nutritionem ꝛ augmentum: nec in senectute propter frigiditatem ꝛ siccitatem ipsius. Item experientia edocet ꝙ sperma puerorum est aquosum paucum ꝛ testiculi eorum ꝛ virga sunt minuti glacies non habentes robur quod habent in iuuentute.

ne in hoc ⁊ ecõtra in alio: põt ẽt querere quis istorũ absolute vbi statiʒ dubitare oʒ. Iste.n.est modus loquẽdi vsitatus oĩbus doctoribus: qd igit̃ itelligimus cũ dicimus iuuenẽ vel pueruʒ esse vel nõ eẽ tpatiorẽ absolute. Amplius aui. nõ vtit̃ his vocabulis ʒ sine alia determinatiõe dicit pueros esse calidos ⁊ humidos: senes siccos: iuuenes tpatos magis q̃ʒ pueri sint. Rursus cũ oẽ calidũ in nobis excedens vel frigidũ ⁊ tpamẽtuʒ magis dicat̃ respectu alicuius tpamenti. Quero qd sit istud tpamẽtuʒ ad qõ cõpamus pueros ⁊ dicimus eos calidos ⁊ senes frigidos ⁊ iuuenes tpatiores q̃ʒ sint pueri. Dicamus g̃ hic aliquid qõ nr̃i pdecessores nõ declarauerũt: ⁊ pmo maᵗ eẽ p se q cõplo etatũ hʒ ꝯsideratione vt est pncipiũ opationũ in nobis ⁊ iõ appet qd dõʒ de hoc: scdo q hec ꝯplo ꝯsiderat̃ vt est forma q̃daʒ cõposita ex calido ⁊ frigido ⁊ hũido ⁊ sicco: tertio q hec cõplo etatis hʒ magnaʒ latitudinẽ: cuius vna pars est in etate pueritie: alia in etate iuuentutis: ⁊ alia in senectute: hĳs habitis dico q duobus modis possumus imaginari nostros auctores ⁊ doctores cõprehendisse alias vel hmõi cõplexiones etatũ: primo ponẽdo q in forma ꝯplonali que est in nobis ʒ oẽʒ etatẽ cũ cõparat̃ ad equale ad põdus vincit caliditas ⁊ hũiditas vt appet ex qõne de equali: ⁊ tunc cũ in hac cõplexione facimus mãsiones respectu equalis ad pondus pueri ⁊ iuuenes sunt magis recedentes ⁊ senes magis appropinquãt situaliter: ⁊ isto mõ qñq; auctores nostri dixerunt iuuenes ⁊ pueros eẽ calidos ⁊ senes frigidos.i. minus excedẽtes in calore: ⁊ si aliqñ dixerunt iuuenes tpatos: non dixerunt q magis situaliter appropinquẽt equali ad pondus in vniuersa s̃ba: ʒ q: iuuenis tenet mediũ equalis ad pondus: q: est mediũ inter sua extrema.s. puerũ ⁊ senẽ: sicut equale ad pondus est mediũ inter sua extrema: ergo nostri pdecessores cum dicebãt pueros ⁊ iuuenes esse calidos absolute intelligebant q: ꝯparant̃ isti equalitati ponderis a qua plus recedũt p caliditatẽ ⁊ humiditatẽ q̃ʒ senes. Sʒ est dubiũ ex quo iudĩtio deuenerũt preteriti addicendũ senes sunt frigidi absolute pueri ⁊ iuuenes sunt calidi.i. respectu equalis ad põdus. Dicenduʒ q primo p rõnem dictam hic: ⁊ supra de equali ad põdus viderũt.n. q in nr̃a cõplexione cõparata eq̃litati ad pondus vincit caliditas ⁊ humiditas ⁊ q in iuuene ⁊ in puero plus vincit q̃ʒ sene. 2° dederũt hoc iuditiũ per sensuʒ tactus nã nõ inuerũt aliquod membrũ faciẽs ita consimile vel ppinquuʒ equalitati ad põdus fantasiatuʒ vt cutis ⁊ tunc ꝯplõnẽ etatis dicunt calidã aut frigidã ʒ q tactus iudicat: aut ẽt tpatã ⁊ tũc huic imaginationi medicoꝝ accidit difficultas dicta.s. que cutis erit iudicans: an pueri: an iuuenis: an senis iam g̃ appet qd intelligũt vno mõ auctores ⁊ doctores pteriti qñ dñt corpa iuuenũ vel pueroꝝ vel senũ calida vel calida absolute: vel ẽt si nõ dicãt absolute q: intelligãt cõparatione facta ad eq̃litatẽ põderis: ⁊ tunc appet solutio ad qõnẽ qua querit̃ quis sit tpatior absolute: an puer an iuuenis dõʒ q iuuenis q: plus appropinquat eq̃litati põderis: ⁊ ɓm hoc senex longe tpatior est: ẽt dĩ iuuenis tpatior q hʒ plus rõnẽ medĳ. Alius modus declarãdi mẽtes pcedẽtiũ est qõ ymaginemur toti ꝯplexioni etatis duas extremitates ꝯrias vt Gal. ymaginat̃ scdo de cõploni bus vna est frigida ⁊ sicca in vltima senectute quã ꝯphẽdimus p frigiditatẽ ⁊ siccitatẽ cadaueris: alia est extremitas calida ⁊ hũida.s. pncipiũ nr̃e infantie siue gñationi in vtero ⁊ hãc cõprehẽdimus p caliditatẽ ⁊ humiditatẽ pncipiorum.s. spmatis ⁊ sanguinis mẽstrui. His extremitatibus ymaginatis in intellectu Auic. ⁊ in itellectu. G. dico q cõpauerũt has etates inter se in hac forma ꝯplonali q̃ currit in tota vita: ⁊ dixerũt. 5. ppõnes has nõ ymaginando aliqõ tpamẽtũ ad qõ ista cõparent̃: ʒ solũ ꝯpando adiuicẽ lʒ hoc pbẽt vno mõ per mediũ vt appet in scda rõne in qua pbat̃ pma ꝯplo per tactũ. Prima pposi tio puer ⁊ iuuenis sunt calide cõplonis respectu senis ⁊ senex frigide. Istaʒ ppõneʒ pbauerũt pmo: q: puer ⁊ iuuenis sunt ppinquiores spmati ⁊ sanguini mẽstruo: ɓo q: cõitas tãgẽtiũ hoc affirmat: ⁊ dicit tertio q necessario ẽ calorẽ quẽ in nobis experimur in pmis etatibus venire ad exiccationẽ pp. 5. cãs dcãs ⁊ cũ venit ⁊ tũc noiat̃ senectus: scda ppõ pueri ⁊ iuuenes sunt eq̃liter calidi: istaʒ pbauimus supra: tertia ppõ pueri sunt multe hũiditatis ꝯpati ad senes: sicut senes sunt multe siccitatis: istã ppõnẽ pbauerũt pmo per sensuʒ: q: cõitas iudicãtiuʒ expitur senes duros ⁊ aspos: que dispõnes sunt a siccitate: ⁊ pueros molles. scdo p cõsiderationẽ ⁊ rationẽ vt appet ex lr̃a Aui. 4ᵃ ppositio iuuenes sunt medĳ inter hũiditatẽ puerilẽ supfluã: ⁊ siccitatẽ senilẽ: ergo

Jacobus

¶ Et si querat̃ quo tpe validior est generatiua ɓtus: ⁊ eius actus vel in fine adolescẽtie vel in tpe iuuẽtutis. Dic q tpe iuuẽtutis. Iuxta id Gal. 14. de vtilitate pticularuʒ ca. 4. Matricũ ɓo opus nec dũ adhuc augent̃ aĩalia neq; iam senibus factis cõtingit fieri bene si demuʒ nutrimẽti benigni est vtilitas conceptis qõ in solis iuuenescentibus aĩalibus possibile est abundare. In eis ɓo que augent̃ virtus quidem est fortis: ⁊ propter hoc digestuʒ ⁊ benignũ nutrimentuʒ plurimũ: conuenienter aũt ad duos actus eo vtit̃.s. nutritionẽ ⁊ augmentationeʒ nihil dimittens supstuum in sol igitur agmasantibus.i. perfecte auctis seu augmẽto iaʒ cessante ⁊ virtute adhuc forti exñte benigni nutrimẽti abundantia copiosa est. ¶ Dic quarto q homo in iuuẽtute est temperatissimus temperamento iustitie quo ad virtutẽ ⁊ actus vitales. Naʒ tunc calor cordis est absolutus ab humiditatibus supfluis quibus in pueritia tegebatur ⁊ cor ⁊ arterie ppriã adepte sunt magnitudinẽ. ⁊ fortius mouent̃ ⁊ calor liberius ad totũ corpus diffundit̃ arterĳs existentibus maioribus. Et sanguis arterialis ⁊ spũs puriores ⁊ minus obũbrati vaporibus ad mẽbra mittunt̃. Et iuuenes sunt animosiores ⁊ audaciores pueris. Hanc conclusioneʒ approbat Gal. lib. de introducẽdis in pulsu. c. 2. dicẽs. In ea ɓo que ɓm magnitudineʒ ⁊ vehemẽtiã est dr̃ia maximus quidẽ vt in etatibus est qui iuuenuʒ est paruissimus aũt est qui senũ medĳ ɓo eorum paruʒ maior est qui pueroꝝ est: ⁊ vehementissimus quidẽ est qui iuuenum est: debilissimus aũt qui senũ: medius aũt eoꝝ qui pueroꝝ est. Et pn. pmi. 2. doc. 3. sum. prima ca. 7. ait. Pueroꝝ ɓp pulsus est leuior ppter humiditatẽ: ⁊ est debilior ⁊ spissior: qm̃ calor est fortis: sed virtus nõ est fortis eo q nondũ sunt cõpleti. Et Auer. 4. colliget. c. 19. Pulsus inquit pueroꝝ ex parte caloris est velox: ⁊ ex parte debilitatis virtutis est spissus: ⁊ pulsus iuuenum est fortis propter eorum calorẽ ⁊ fortitudinẽ ⁊ pulsus senum debilis est rarus tardus. ¶ Dic quinto q iuuentus est temperatior tẽperamento iusticie alĳs etatibus quo ad virtutes ⁊ actus ⁊ passiones animales vel animatas. Nam in iuuentute sensus sunt viuacissimi: motus voluntarĳ perfecti fantasia memoratiua: cogitatiua sine quocũq; ĩpedimẽto. In pueritia aũt non sic tum propter humiditates superfluas cerebri ⁊ neruorum: tũ propter multitudinẽ vapoꝝ ad caput eleuatoꝝ. A pueris eniʒ vt prius allegatuʒ est: eleuatur vapor multus propter mollitiẽ ⁊ teneritateʒ eoꝝ. In senibus autem mẽbra hec sunt diminuta nãlibus humiditatibus ⁊ paulatiʒ in eis per viam indigestionis multiplicantur innãles que sensus obnubilãt ⁊ alias animatas actiones conturbant. Hanc conclusioneʒ vna cuʒ scda scribit ita Gal.

sunt tẽperati in humido ⁊ sicco. Ex his quattuor ppõnibus Aui. intelligit ppõnẽ quintaʒ ⁊ est iuuenis est in cõplexione magis tẽperatus q̃ʒ puer. Considerandũ igit̃ q cũ dicimus iuuenẽ esse magis tẽperatũ puero nõ dĩ hoc comparando ad aliqõ tpamẽtũ: ʒ dĩ q: pticipat tpamẽto quo puer nõ pticipat.s. tẽperamẽto inter humidũ ⁊ siccũ: ⁊ vltra hoc tãtã hʒ mensaʒ caloris iuuenis quãtaʒ hʒ puer. Ex qbus solui possunt. 3ᵃ supius quesita. Cũ.n. pmo dĩ de hõ mõ ꝯsuẽte locutiõis qd intelligit̃ p hoc qõ dĩ puer: vel iuuenis est calidus: vel tpatus absolute. Dõʒ q ʒ rei ɓitatẽ credo q Aui. ⁊ Gal. voluerũt ponẽ cõplexiões etatũ absq; cõpatiõe ad eq̃le ad põdus ĩ tota s̃ba vel in hac ꝯrietate q̃ est inter puerũ ⁊ senẽ ʒ solũ ꝯpando extrema adinuicẽ ⁊ eoꝝ mediũ ad extrema nõ fingẽdo in illo medio aliqõ eq̃le ad põdus nec signãdo extra totã latitudinẽ eq̃le ad põdus sicut fingebat pmus modus dicẽdi. Rõ huius ẽ q: si etates ponerent̃ talis vel talis cõplonis cõparate eq̃li ad pondus in tota s̃ba: tũc hʒ imaginãtes plus debent ponere senes tpatos: q̃ʒ pueros vel iuuenes: vt notũ est: ⁊ maxime senes decrepitos. Si aũt poneremᵘ eq̃le ad põdus in hac ꝯrietate q̃ est inter extremitates etatũ: tũc sicut ab vna pte plus appropinquaret iuuenis sic ab alia pte plus appropinquaret senex: quodãmõ melius ergo est dicere q. G. ⁊ Aui. cõparauerũt etates inter se: ponẽdo illaꝝ cõplones: nec in hoc ꝯsiderauerũt equale ad põdus: q̃ʒuis per iudiciũ datũ a sensu tactus.s. per cutiʒ iuuerint se ad pbãdũ has etates eẽ talis cõplexionis: ex qbus apparent q iõ magistri dicũt si puer ⁊ iuuenis ꝯsiderẽt̃ absolute est sic vel sic q: in libris Aui. ⁊ G. qñ ponunt̃ ꝯplones etatũ: nõ inuenit̃ absolute.i. nõ inuenit̃ apposita ꝯditio qua dat̃ intelligi hoc in rlone ad eq̃le ad põdus. Et ex hʒ soluit̃ ad ʒ ad 3ᵐ ẽt pʒ solo q: nõ dĩ puer calidior: ⁊ senex frigidior: nisi adinuicẽ cõpati: ⁊ iuuenis nõ dĩ tpatior puero: nisi q: hʒ vnũ tpamẽtũ q puer nõ hʒ. Ex qbus appet solutio ad quesitũ pncipale: cũ q̃rit̃ quis est magis tẽperatus: an puer: an iuuenis: non ꝯsiderãdo hoc tpamentũ vt pfectiuũ pfectioris opationis q: iã diximus de hoc: ʒ ꝯsiderãdo has cõplones etatũ vt forme q̃dã cõposite ex calido ⁊ frigido diuersificãte in hoc diuersitate maxime apparẽte in duabus extremitatibus.s. puero ⁊ sene Est dõʒ q iuuenis ẽ magis tpatus q̃ʒ puer propter causam dictaʒ scilicet quia in calido tantum excedit quantum puer: ⁊ vltra hoc hʒ tpementũ in siccitate. Sʒ hic sunt due dubitationes: pma. Utrũ inter has extremitates etatũ possimus fingere vnuʒ equale ad pondus ad qõ possimus cõparare etates oẽs: ⁊ dõm q hoc est in libertate imaginationis. 2ᵃ est quare est q in transeũdo ab humiditate pueritie ad siccitatẽ senis: nos trãsimus per tpantiaʒ inter siccũ ⁊ humidũ que repitur in iuuentute: tñ trãseundo de calido pueri ad frigidũ senis nõ transimus per tpamẽtũ inter calidum ⁊ frigidũ. Nos dicamus mãiᵐ esse per se q aĩa inducit̃ cũ determinato gradu caloris q est pfectior forᵃ de accñtalibus: ĩducit̃ ẽt cũ determĩato gradu humidi: calʒ.n. nõ ꝯiungit̃ ab intra ei q p se ipʒ ꝯtinuo corrũpat corrũptiõe manifesta: hic oñdit sensus ẽt in corruptione illius gradus caloris nõ vĩ q si vtilitas hũoꝝ.n. crudus qui ꝯtrariat̃ calori vel aggregat̃ in senectute vel in pōribᵘ etatibus si aggregat̃ nõ facit ꝯtinuã sensibilẽ ĩfrigidationẽ: ⁊ iõ calidũ nõ ꝯtinuo manifeste infrigidat̃ siue corrũpit̃: ʒ humidũ sp corrũpit̃ ⁊ fit siccius: vñ videmus mẽbra natoꝝ cõtinue firmari: ꝯsolidari ⁊ ĩdurari: ⁊ iõ cõtinuo pcedit induratio ⁊ exiccatio vsq; ad mortẽ: ⁊ est iste vnus motus cõtinuus vel q̃si ꝯtinuus: infrigidatio aũt caloris nr̃i que in senectute appet: nõ est cõtinua a pncipio gñationis vsq; ad fineʒ: ⁊ hoc oñdit tactus: ⁊ iõ nõ ꝯsequit̃ mẽsura infrigidatiõis caloris equalẽ mẽsurã exiccationis vt. s̃. diximus lʒ ʒ auer. sequat̃ sese pportionabiliter: si ergo sic est vt sensus oñt opʒ dicere q totus gradus caloris pueri .s. totus in rõne totius: pdit̃ in instãti pme senectutis: ⁊ gradus frigoris senis hʒ pncipiũ inductũ eẽ in pmo instãti senectutis: in toto ãt tpe añ pmũ instans senectutis dispõ fiebat: que dispõ erat humidi exiccatio. Hic aũt dimitto multas difficultates alĳs discutiendas. Ad contraria dõʒ: pmo ad Gal. cũ dicit: optimaʒ eucrasiaʒ hʒ pueroꝝ etas: põt dici hʒ optiaʒ p oĩbus opationibᵘ nãlibus: vt ibidẽ subdit: vel alr̃ vt ꝯciliator dicit dr̃a. 26. q Gal. loquit̃ de ꝯplone tẽperata: ʒ oẽs q̃litates q̃ ẽ in omni etate melior q̃ʒ distẽperata: etas ergo tpatoruʒ pueroꝝ hʒ optimaʒ eucrasiaʒ respectu distẽperatoꝝ pueroꝝ: ⁊ sic ẽt iuuenes distemperati hñt meliorẽ eucrasiaʒ ⁊c̃. Ad scdʒ dicendũ q dispositio illa capilloꝝ in pueris.s. pubescẽtibus est pp calidi dispositionem cũ humido nõ potenti

De partibus

sexto de regimine sani. Duplicibus aũt exñtibus actibus ɓm animalia corporales quidẽ pueri optimos hñt phisicos. Aĩales ɓo ea que post pueritiã etas vsq; per augmasticã.i. declinatiuã etatẽ. ¶ Sʒ cõtra videmus pueros ad artes mechanicas addiscẽdas aptissimos: ⁊ iuuenes non ita. Iteʒ videmus eos molestissime sustinẽtes ɓbera: ⁊ hoc videt̃ mõstrare viuacitatẽ sui sensus. Itẽ molles carne aptos mẽte dicimus scdo de aĩa tex. 94. ⁊ pueri sunt molles ⁊ iuuenes duri. Itẽ politice nõ est pprius auditor iuuenis vt Arist. ait primo ethicorum. Itẽ dici solet canũ ꝯsiliũ: iuuenile robur: ⁊ hec omnia portẽdere videt̃ q ɓtus aĩata est fortior quo ad aliqua in alĳs etatibus. ¶ Ad pmũ dic q aptitudo pueroꝝ ad artes mechanicas est primo q: artes ille nullis indigent experientĳs. Scdo q: maxime cõnexe sunt ɓm ordinẽ. Tertio q: pueroꝝ intellectᵘ est vt rasa tabula ⁊ nõdũ est distractus nec occupatus multũ in negocĳs seculi. Ad scdʒ dic q pueri nõ molestius ferunt ɓbera iuuenibus q: sint in sensu viuaciores: ʒ q: sunt teneriores soluentia ꝯtinuũ plus penetrãt eos. Iuuenes aũt cũ sint tpatissimi sunt optimi iudices qualitatũ tangibiliũ. Ad tertiũ dic q ɓbuʒ illud intelligit̃ de mollitie nãli nõ etatiua. Ad q̃rtũ ⁊ quintũ dic q iuuenes nõ reputant̃ ĩproprĳ auditores politice ⁊ minus vigẽtes in ꝯsilio senibᵘ ppterea q habeãt ɓtutes aĩatas ministrãtes itellectui ⁊ rõni minus fortes: ʒ q: sunt minus expti. Expiẽtia aũt in cõsilĳs est certior arte: q: est circa singularia. Et hãc rõnem reddit Arist. pmo ethicoꝝ. Postq̃ʒ.n. dixit politice nõ est pprius auditor iuuenis statiʒ subdit. Inexpertus.n. est eoꝝ qui ʒ vitã sunt actuũ: rõnes aũt de his ⁊ ex his sunt. Ad rõneʒ añ factã q seniũ ẽ tpatius: dic falsum eẽ qõ assumit̃.s. q hõ q̃ʒdiu viuit est calidus ⁊ humidus. Ad pbationẽ q: vita consistit in humido ⁊ calido. Dic id esse verum de vita in radice.s. corde. Uel (vt pluries dictũ est aucto. G. pma cõplexionũ ca. 1.) dic q hʒ ita intelligit̃ q aĩal quodcũq; plus hʒ calidi ⁊ humidi viuens q̃ʒ mortuum. Ad rationẽ de senectute q habet operationes aĩe rational ⁊ virtutes eius.s. intellectũ voluntatẽ ⁊ rõneʒ perfectiores. Dic pmo q illud nõ est ex pte tẽperamenti cõplexionis cũ nec cõplexione nec organo corporeo vtant̃ in suis opationibus. Cuius rei signa sunt q sunt determinate ad certa obiecta pticularia pportionata organo sicut potẽtie organice: ʒ pñt in oĩa tex. 18. Nã itellectus possibilis ẽ potẽs oĩa fieri: ⁊ intellectus agẽs oĩa agere: tertio de aĩa. Et nõ ledũt̃ ab excellẽti intelligibili sicut potẽtie organice ab excellẽti obiecto ĩmo ꝯgaudẽt in eo ⁊ nõ marcescũt marcescẽte corpe: sic potẽtie organice nec diminuunt̃ in opibus suis: nisi tanta fiat alteratio in fantasia: q nõ debite presentet formas rerum intellectui

potenti multuȝ fingere quantuȝ fingit in iuuentute: nec ita paꝝ vt in infantia: tamē ſ̄mo Gal. ibideȝ est mihi ſuſpectus. Ad tertiā dōm ꝙ Gal. intelligit ita ibi de iuuenibus ſicut de pueris ſi ꝯſideref. Ad quartā dōȝ ꝙ tn̄ habēt de calore in gradu pueri quātuȝ iuuenes. Ad quintā dōȝ ꝙ pueri ideo ꝯſeruanf ꝑ tꝑata q: ſunt rari in carnibus. i. paſſibiles a rebus excedentibꝰ: qđ nō ꝯtingit de iuuenibus ꝑꝑ mēbroꝝ ſoliditatē ⁊ alij modi ſoluēdi ſunt hic quos tu ꝯſidera: reſtat ſoluere rationeȝ que moleſtat oēm hoiem cuiuſcunqȝ opinionis in hac materia.

a ❧Secūduȝ ⁊c.] Hic determinat de diuerſitate ꝯplonis que eſt ſexus: ſ̄o ponit diuerſuȝ modū ſbe

❧Secundum diuerſitatem vero complexionum generum femine frigidioris exiſtunt complexionis. Ideoqȝ ſunt in creatura minores maſculis: et ſunt humidiores. Ergo propter complexionum earum frigiditatem multiplicantur earum ſuperfluitates: et propter paucum ipſarum exercitium.

ſiue diſpōnis viroꝝ ⁊ mulieꝝ: ibi ſ̄a [Et ſba.] Dicit ꝑmo ſ̄m diuerſitateȝ ꝯplexionū geneꝝ. ſ. ſexuū. Cōſiderandū aūt ꝙ qui poſuerūt ꝯplexioneȝ etatis aliā a cōplexione nāli: multo magis debuerunt ponere ꝯplonēȝ ſexus eſſe aliā ab illis. Cōſiderandū ſ̄o ꝙ frigiditateȝ mulieꝝ ꝓbat ꝑ breuitatē: q: frigidi eſt cōſtringere ⁊ ꝓhibere dilatationē ſiue extenſionē ſicut ēt intelligif ab Ari. ꝓble. 10. 8. problemate: ⁊ ſunt humidiores. ſ. ad tactū: ⁊ hoc dimittit vt notū: cū aūt dicit. Ergo ꝑꝑ: ꝓbat ꝙ ſint humide humiditate accn̄tali q̄ ꝓuenit ex ſupfluitatibus aggregatis ꝑꝑ frigiditatē ⁊ ꝑꝑ paucū eoꝝ exercitiū. ❧Dubitatur an maſculus ſit calidior femina vꝫ ꝙ nō: q: inuenif mulier colerica ⁊ vir flegmaticus: etiā repitur mulier magni pulſus: vt appet. 1. cōmento pulſuuȝ. Amplius mulier hȝ plus de ſanguine quā hō ſignū mēſtruatio mēſalis. Amplius videmus mulieres nō ledi a frigido ſicut viri: vnde ſtāt in aqs ad lauandū pannos ſecurius ⁊ ſanius q̄ȝ viri faciāt. Amplius ſignū auicē. nō vꝫ verꝫ: q: inueniunf femine de aīalibus q̄ ſunt maiores maſculis ſicut appet in falconibus ⁊ vniuerſaliter auibus de rapina viuētibus ⁊ piſciculis ꝑuis ouificantibus: vt intelligitur ꝑmo gene. aīaliuȝ: etiā repitur vrſa vigoroſior vrſo vt. 8. de hiſtorijs. Amplius mulier in ꝑma etate plus creſcit q̄ȝ vir vn̄ in. 12. āno pubeſcit. In ꝯtrariū Aui. qdam dicūt ꝙ vel cōparamus totuȝ gradū maſculoꝝ: toti generi feminaꝝ: ⁊ ſic maſculi ſunt calidiores: vel determinatus vir determinate mulieri: ⁊ ſic pōt repiri mulier calidior maſculo. ꝟ. g. mulier colerica in regione debite calida vtēs exercitio ⁊ etate iuuenis: maſculus aūt oppoſitaꝝ diſpoſitionū: ⁊ ſolutio hec eſt bona. Alij dicūt fere idē ꝙ ſermo iſte: ꝯpatio ſic eſt de vero maſculo ⁊ vera femina: maſculus ē calidior femina: eſt aūt verus maſculus habēs cōplonēȝ maſculinā in corde vbi principalius firmaf vel fundatur diſpoſitio maſculina vel feminina: vt ariſto. 4. de gene. aīaliuȝ: ⁊ oībus mēbris cui hec genitalia ſunt maſculina: iſte aūt calidior ē: ratio eſt q: capif a Gal. 14. de vtili. par. 6. c. naȝ maſculus ꝑfectior eſt femina ⁊ agēs igif dȝ eſſe ꝑfectioris ꝯplexionis ⁊ actiue magis ⁊ hec eſt cōplexio calida. Si aūt ſermo ſit de maſculo ⁊ femina orbatis. i. impfectis in his diſpōnibus ⁊ q̄ſi mōſtruoſis tūc pōt repiri femina calidior maſculo ex hac orbatiōe: vnde auicē. 3. cañ. fen. 21. c. de cauſis ſterilitatis: nō eſt vir frigidior muliere niſi accidat ex ꝯplone accn̄te. i. accidentali. Iſta aūt accidentalitas ⁊ defectus accidit tripl̄r: ꝑmo q: cordi ⁊ cōplexioni eius nō corn̄det ſexus vt ſiat co dis maſculini ⁊ hēat genitalia muliebria: ⁊ ideo erit iſta mulier in ſexu: ſȝ in moribus vir: ſ̄o q: mēbra nō rn̄dent

Jacobus

tellectui. Ex hoc eniȝ extreme ſenes reducuntur interdū ad ſtoliditatē infantileȝ: q: neceſſe ē quēcūqȝ ītelligentē fantaſmata ſpeculari. 3. de aīa tex. 39. Dic ſecūdo ꝙ opationes aīe rationalis nō ſunt perfectiores in ſenibus q̄ȝ in iuuenibus rōne etatis: ſed ꝑꝑ ſtudia ⁊ experientias diu ante frequētatas vnde cōtraxerunt habitus ſcientiaꝝ ⁊ virtutum: ⁊ q: refrigerati minus ab animi paſſionibus tyrānizanf. Rationes vero de iuuentute ⁊ pueritia ſunt pro ꝑdictis.

Secundum ⁊c.

❧In hac pte ſcđa ꝑncipali huius. c. de cōplexione ſexuuȝ. Primo cōparat ꝑn. feminas viris in complexione ⁊ quātitate. Scđo in mō ſbe carnis ibi [Et ſba carnium.] ❧In ꝑma pti. dicit ꝑmo ꝙ femie ſunt frigidiores maſculis ſ̄m diuerſitatē cōplexionū geneꝝ. i. ſexuū. Scđo dicit ꝙ femine ſunt minores maſculis in creatura. i. ſtatura ſeu longitudine corpis ꝑꝑ hoc ꝙ ſunt frigidiores: hoc regularif ita eſt in ſpē humana. Sȝ interdū ꝯtingit aliter vel ꝑꝑ paucitatē ſpmatū ex quibus generaf maſculus: vel ꝑꝑ nimiā ipſoꝝ ſpiſſitudinē vnde minus dilatanf: vel ꝑꝑ ꝑuitateȝ mr̄icis ꝓhibētqȝ fetuȝ extēdi: vel ꝑꝑ penuriā alimēti tā in mr̄ice q̄ȝ extra nō ſufficiētis magnitudini. Tertio dic̄ ꝙ femine ſunt hūidiores maſculis: huiꝰ cā eſt ſeroſitas ſeminū ex qbus ſiūt ⁊ eoꝝ diminutus calor. Quarto dicit ꝙ ſupfluitates multiplicanf in mulieribꝰ ꝑꝑ duo. ſ. ꝑꝑ frigiditatē ꝯplexionuȝ ſuaꝝ ⁊ ꝑꝑ paucū exercitiū eaꝝ. Et i hoc oñdit ꝙ femine ſunt hūide ex cōplone acqſita ſicut ex īnata. Tertiā cām ſupfluitatū feminaꝝ addit. G. 2. de ſpmate. c. 5. dicēs. Quocirca ⁊ femininū aīal eo ꝙ ībecilliꝰ factū ē: ſupfluificuȝ eſt: eo ſ̄o ꝙ in oībꝰ eius ꝑticulis imbecilliores ſunt genitales ꝓuenit ad eas ſupfluus ſanguis: purgatio qdeȝ ſanatiua femellis fiēs añ impgnationē: mā ſ̄o ad nutrimētū idonea embrionibꝰ in tpe impgnationis ⁊ gr̄a huiꝰ multiplicantur in ea ſupfluitates. ❧Attēde hic ꝙ qdam lib. loco huiꝰ dicti q̄rti hn̄t hanc clauſulā. Sȝ cōplonū eaꝝ frigiditas ꝓuenit ex multis eaꝝ ſupfluitatibꝰ ⁊ pauco ipſaꝝ exercitio. Et hec lr̄a ſi debeat verificari intelligenda eſt de frigiditate mulieꝝ acqſita nō de īnata: q: multiplicatio ſupfluitatū ⁊ exercitiū paucuȝ ſequunf innatā feminaꝝ ꝯplonē. ❧Dubitaf vtꝝ femine ſint frigidiores maſculis vl̄. Arguif ꝙ nō: q: femie plus abūdant in ſanguie: ḡ ſunt calidiores. Naȝ calidius qđ ē in corpe poſt cor ⁊ ſpm̄ eſt ſanguis vt ꝑus dictū eſt. Aſſumptū pȝ q: hn̄t ſanguinē ſufficiētē ſue nutritioni: ⁊ cū l̄ȝ mēſtruū qđ eijciūt de menſe in mēſem. Scđo alique ſunt mulieres ſanguinee brune viragines: ⁊ tales videntur calidiores phl̄aticis viris ⁊ macris melicis. Primo q: meliꝰ colorate ſunt. Scđo q: ſunt robuſtiores. Tertio q: ſunt ſaniores ⁊ ſanitas magis ꝑtinet caliditati q̄ȝ frigiditati vt dicit ꝑn. c. 1. doc. huiꝰ. Quarto ſunt vitaliores ⁊ lōgeuiores: ſȝ lōgeuitas ⁊ vitalitas ex abūdātia ſunt caloris īnati ⁊ humidi radicalis. Tertio femine ſunt mobiliores in opinionibꝰ viris: ḡ ſunt calidiores. Iuxta illud. G. 2. tegni tex. 42. Et bn̄ mobile in opinionibꝰ calide manens ſ̄o frigide. Aſſumptū eſt Virgi. 4. eneidos dicētis. Variū ⁊ mutabile ſemꝑ femina: ⁊ Senece libel. de remedijs fortuitoꝝ dicētis. Nil tā mobile q̄ȝ feminaꝝ volūtas nihil tā vagū. Quarto mulieres citiꝰ adipiſcūtur ſuū cremētū q̄ȝ viri: ⁊ multe ēt inueniūtur maiores viris qbuſdā vt docet ſenſus: ḡ ſunt calidiores: ꝯn̄a ꝓbaf q: calidi eſt dilatare ⁊ frigidi cōpingere. Quito aliq̄ mulieres nō ꝯcipiunt ꝑꝑ caliditatē ⁊ aliq̄ viri nō gn̄ant ꝑꝑ frigiditatē. Iuxta id Hip. aph. 5. aph. 63. Et quecūqȝ ſiccas magis ⁊ ardētes hn̄t mr̄ices nō cōcipiūt. Et paulopoſt ſubdit de maribꝰ. Aut ꝑꝑ frigiditatē nō caleſit ſpma ita vt ꝯgregef ad locū hūc: ⁊ id

adinuicē: hȝ. n. ſexū ⁊ cor muliebre: tn̄ ancas pectinis ⁊ oſſa ⁊ tales multūꝰ mouenf in ꝑtibus primis ⁊ iſta adhuc eſt frigidior viro: tertio q: l̄ȝ a generatione ſit mulier tn̄ ſ̄a eſt regīne viri: vir aūt deſes ⁊ piger factus eſt cuſtos domus ꝙ eſt officiū mulieris: vt Gal. 2. de ꝯplonibus. 4. c. Ad ꝯ̄ria dōm ꝙ illa eſt mala cōpatio: q: dȝ cōparari vir colericus mulieri colerice ⁊c. Vel dōm ꝙ vir flegmaticus eſt calidior muliere colerica ſi vterqȝ ē verus: iſte vir ⁊ illa mulier nō orbati. Ad ꝑam dōȝ ꝙ ille ſanguis ē ſupfluus crudus aggregatus defectu caliditatis reſoluētis: imo ex hoc vult auer. 1. cātice cōmē. 37. ꝙ arguamus illaꝝ frigiditatē. Ad 3ꝰ dōȝ ꝙ ille eſt ꝑꝑ denſitateȝ poroꝝ: vn̄ frigus ⁊ aq̄ nō penetrat: ⁊ ſignū huius ē q: hoīes colerici excarnati rari a frigido pedū plus ledunf q̄ȝ flegmatici. Alij dicūt ꝙ rō ꝯtrariū arguit: mulieres. n. nō ledunf a frigido: q: ſunt frigide: ⁊ ꝯſeruatio ſit a ſimili. Ad 4ꝰ dicūt ꝙ in aīalibus impfectis vt muſcis ⁊ qbuſdā generibus piſciū ꝑuoꝝ: femia dȝ eē maior maſculo: q: hēbat multa portare ī vētre. ſ. multa oua vt appet ī piſcibꝰ ꝑuis: ſil̄r magne muſce ſunt illa q̄ ēt multa velut oua velut vermes paruos albos portāt in vētre quos vermes videmus de magnis muſcis deponere ſup carnes ⁊ ꝑꝑ iſtū fineȝ feīe muſcaꝝ ⁊ alioꝝ ortomoꝝ ſunt maiores ⁊ vt ſic dicunf qdeȝ eē calidiores. Alij dicūt ꝙ cū illaꝝ maioritate molis ſtat minor calor ⁊ iō ſignū aui. ſumptū a ꝑuitate nō arguit niſi in animalibus ꝑfectis ⁊ proprie in hoīe: l̄ȝ ſit veꝝ oēm feīaȝ eē frigidiorē non tn̄ eſt veꝝ oēm eſſe minorē in qbus aūt griffonicis. i. viuētibus de rapina vt falconibus dicūt ꝙ maſculus ē ꝑuior q: ꝑꝑ multā eoꝝ caliditateȝ ſit in eis multa ſiccitas vn̄ nō pn̄t augeri maſculi nec magni fieri. De vrſa aūt dꝫ ꝙ nō eſt fortior vrſo ſȝ ē promoꝝ moꝝ tpe lactatiōis catuloꝝ ſicut ēt de porca ꝯtingit. Ad vltimū dōȝ ꝙ mulier citius augetur extra vteꝝ nō tn̄ magis creſcit in tota ſūma tpis. Cā aūt quare citius extra vteꝝ: nō aūt creſcit in tota ſūma tpis ⁊ tardius intra nō ſpectat hic. Pōt tn̄ ſolui ſ̄m ſn̄iam Gal. in lib. de ſpmate: ꝙ cā eſt q: mulier ex qua generatur femina: eſt humidior ⁊ mollior ⁊ iō tardius eā calor ꝯſtare facit vt mēbrū acqrat ꝯſtantiā ⁊ ſoliditateȝ vel tenacitatē. Iteꝝ in ea calor eſt debilior minus potēs eius ſupfluū reſoluere ⁊ exiccare: ſicut ex terra multū molli ⁊ labili difficilius formatur vas. Sed oȝ eaȝ prius aliquā ꝯſtantiā accipere ⁊ fixionē ⁊ hec eſt cā quare femina in vtero tardius cōpletur. Extra aūt q: mollior velocius ſuſcipit extenſioneȝ q̄ȝ maſculus: q: cū maſculi calor eſt fortior pluri tempore durat extenſio propter qđ plus creſcunt in longitudine temporis. Conſiderandum ꝙ iſtud dubiū eſt Egidij in de formatione hominis. 12. c. ❧Dubitatur an maſculus ſit femella humidior dōm ꝙ vir humiditate aerea ⁊ aquea digeſtis eſt humidior. Sed mulier humiditate aquea ⁊ pluri ⁊ cruda eſt huumidior.

❧Et ſubſtantia ⁊c.] ❧Oſtendit qualis eſt diſpoſitio ſubſtantie ſiue cōpoſitionis carnium viroꝝ ⁊ mulieꝝ: ⁊ dicit ꝙ ſubſtantia carniū mulieꝝ eſt rarior. ❧Dubitatur de hoc q: calidi eſt rareſacere viri aūt ſunt calidiores. Amplius raritateȝ declarat pilus: vt. 5. particula: Rigores mulieribus. Dicamus ꝙ in libris phi. ⁊ medicoꝝ inuenio ꝙ raritas qn̄qȝ ſignificat ⁊ ſic ꝑ oppoſitionē denſitatis primo ſignificat maioreȝ extenſioneȝ in mā in qua eadē dēſitas ſigni

De partibus

notoriū eſt in frigidis ⁊ maleficiatis: de qbus vꝫ ꝙ ſunt minus calidi mulieribus cholericis ⁊ ardentibus: tū ex tactu: tū ex hūore dn̄ante in eis: tū ex vrinis plus tinctis: tū ex pulſibꝰ maioribꝰ ⁊ fortioribus. Sexto femie ſunt medicina palyſis. Iuxta id Damaſ. in ſuis aph. Multū iuuat palyticos ad eoꝝ latera apponere nāleȝ calorē: nō tn̄ igneuȝ: ſȝ adoleſcētis puelle: ḡ ſunt calide: ꝯn̄a ꝓbatur: q: palyſis eſt morbꝰ frigidus ⁊ ꝯ̄ria ꝯ̄rijs curanf. ❧Oppoſitū dicit ꝑ ꝑn. ⁊ Gal. 2. de cōple. ait. Femina in nā ſua eſt frigidior maſculo. Et Ari. 4. de ge. aīaliuȝ. c. 1. ſcribit. Et ēt ſi oē digeſtū nō digerif niſi ꝑ calorē neceſſario ſunt mares aīaliuȝ calidiores feminis: ⁊ forte erūt femine quorūdā aīalium multi mēſtrui ꝑꝑ frigus ⁊ debilitatē nō ꝑꝑ caloreȝ. ❧Attende hic ꝑmo pro declaratione naturaꝝ maſculi ⁊ femine: ꝙ l̄ȝ maſculinū feminino ſit cōtrariū. Nā omne maſculinū aīalium eijcit ſuuȝ ſemē in feminā: femina aūt eijcit ſuuȝ intra matricem ſuā primo aīaliuȝ. c. 3. non tn̄ differt vir a femina ſpecie. Iuxta id Ariſt. 10. methaphiſice. tex. 25. Dubitabit aūt vtiqȝ aliqs quare femina nō ſpecie differt a viro ꝯtrario maſculino ⁊ feminino exn̄te: differētia aūt cōtrarietate neqȝ aīal maſculinū ⁊ femininū diuerſum eſt ſpecie: q̄ȝuis ſ̄m ſe aīalis ſit hec dn̄a ⁊ nō vt albedo aut nigredo: ſed inquātuȝ aīal femininū ⁊ maſculinū eſt. Eſt aūt dubitatio hec fere eadē quare hec qdem cōtrarietas facit ſpecie diuerſa: hec aūt nō: vt ambulatiuū ⁊ volatiuū: ſed albedo ⁊ nigredo nō. Et ſtatiȝ rn̄det ꝙ cōtrarietates que ſunt ex pte forme faciunt dn̄iam ſpecificaȝ: ⁊ ille que ſunt ex pte materie nō. Deinde ſubdit: maſculus ſ̄o ⁊ femina aīalis proprie ſunt paſſiones: ſed nō ſ̄m ſbam. i. formā verū in materia ⁊ corpore: ꝓpter qđ idē ſperma femina aut maſculū ſit patiens paſſionē aliquā. ❧Sȝ queret aliquis quā paſſionē patiēs ſit ſpma maſculū ⁊ quā patiēs femina. Sup hoc ſentire videf Hip. apho. 5. ꝙ ſperma cadens in partem dextrā matricis efficif maſculus: ⁊ in ſiniſtram femina. Primo dum dicit apho. 38. Mulieri in vtero geminos habenti ſi altera māmillarū gracilis fiat alterū abortit: ⁊ ſiquidem dextra maſculuȝ: ſi vero ſiniſtra femina. Scđo cum dicit apho. 48. Fetus quidem maris in dextris: femine vero in ſiniſtris magis. Et Galienus interpretās primū dictuȝ ait. Dextra nāqȝ calidior eſt: ideoqȝ maſculus in ea pte iacet q̄ calidior eſt: femina ſ̄o in ſiniſtra que frigidior eſt: q̄ ps dextra ideo calidior eſt q: epar qđ ē calidū ⁊ humidū in ea eſt: ſiniſtra ſ̄o frigida: q: ſplen eſt in ea. Et ſcđm dictū interpretans ait lib. de ſpmate. ſ. 2. c. 5. Oſtendi ꝙ fetus maſculus nō eſt niſi cuȝ in initio cōplo ſua fuerit calidiſſima: quā ēt adiuuat ſi locus vbi concreaf calidus ſit. dextrū aūt locū matricis ꝯſtat eē calidiorē cū epati vicinetur. Itē adiuuatur calida cōplo fetus ſpmate de teſticulis mulieris exeūte qui ſunt in matricis angulis poſiti: qđ eni de dextro exit in dextrū latus currit ⁊ calidius ſit: ⁊ qđ de ſiniſtro ī ſiniſtrū frigidius ⁊ aquoſius vnde fetus ſiniſtri lateris neceſſe eſt ꝙ ſit frigidior. hec Gal. Sed has ſententias Hippocratis ⁊ Galieni partim approbat ⁊ partim reprobat Ariſto. 4. de gene. aīaliuȝ. c. 1. dicens. Sermo ſ̄o illoꝝ q fingunt ꝙ calor ⁊ frigus eſt cā gn̄ationis marisꝰ ⁊ femine. Et ſermo illoꝝ qui fingunt ꝙ exitus ſpermatis a parte ſiniſtra aut dextra eſt cauſa illius eſt aliquid dicere ſ̄m moduȝ aliquem. Nam pars dextra eſt calidior ſiniſtra ⁊ quod eſt calidius eſt magis digeſtum. Sed iſte ſermo eſt ſimilis ſermoni illorum qui appropinquant comprehenſioni cauſe ex remoto ⁊ debemus cōprehendere cām ex principijs ꝓpinquioribus. Et paulopoſt ſubdit. Sed mas ⁊ femina diſtinguuntur per aliquam fortitudinem ⁊ debilitatem: ſperma auteȝ

ficat ꝓuaꝫ extensioneꝫ quō ignis est rarus ⁊ terra est densa ⁊ sic sumit̄ quarto phi. ⁊ a cōmē. 84. cōmē. ⁊ duobus sequētibus ⁊ hoc mō nō sumit̄ hic ab Aui. rarū ⁊ densuꝫ: sed si querat̄ quō mulier ⁊ vir disponunt̄ hac raritate ⁊ densitate: rn̄det Anto. ꝙ mulier est rarior q̄ꝫ vir: rō est q̄ circa eādeꝫ māꝫ mulier maiore occupat locū q̄ꝫ vir: qđ ꝓbat q̄ sui frigiditate non potuit ꝑmisceri hūidū cū sicco terreo: istū sermonē credo falsuꝫ: nā in viro plus hn̄dat aer ⁊ ignis: in feminea ꝟo terra ⁊ aqua vt notū est: ⁊ ꝓbatur primo q̄ sic se hꝫ spma mulieris ⁊ spma viri adinuicē in dn̄io hoꝝ elōꝝ vt appet primo canone fen tertia huius. Amplius vir est ꝑfectior femina. 14. de vtilitate ꝑtiū: ⁊ calidior ergo ꝑfectiora elemēta vincūt in eo: vir ergo rarior est femīa: deceptus aūt fuit Ant. vel reptator in hac mā siue ꝯn̄a terra ⁊ aqua nō sunt adinuiceꝫ mixta siue penetrata sꝫ quasi iuxta se posita: in viris aūt sunt cōmixta bene: ergo maiorem locū occupāt in mulieribus q̄ꝫ viris: ꝯn̄s. n. est f^{s} ⁊ ꝯn̄a: imo oppositū seq̄tur:
hoc. n. ꝙ terra ⁊ aqua in mulieribus non sunt mixta remanēt in dispōne terra ⁊ aqua sꝫ ex hoc ꝙ in viris sunt mixta sunt magis fracta ab eoruꝫ terreo ⁊ aqueo ⁊ ꝑ ꝯn̄s magis mota ꝟsus ꝑfectionem aereā ⁊ igneā ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝟsus raritatē: scđꝫ ꝙ significat hoc nomē raritas est idē ꝙ laxitas siue lubricitas sicci sicut oīa cruda respectu digestoꝝ sunt lubrica lassa: sicut dicimus carnes pisciū vt anguille ⁊ tincarū sunt rare. i. laxe ⁊ huic opponit̄ densitas. i. ꝯstātia opposita illi laxitati ⁊ hoc mō accipit raritatē Aui. 2. can̄. 3. ca. cū dicit ꝙ ex ꝯuersiōe ad aqueitatē rarificat̄ ꝯpositū: ⁊ sicut ēt sumit̄ tertio can̄. fen. 10. ca. de sputo sanguinis vt ibidē declarauimus ⁊ hoc mō accipit hic Aui. cū dicit sba carniū mulierū est rarior. i. laxior ⁊ mollior ꝑꝑ dn̄iuꝫ aqueitatis ergo ꝑ oppositū caro viroꝝ est densior ⁊ ꝯstantior ꝑꝑ multā digōneꝫ in generatione carniū eoꝝ. tertiuꝫ ꝙ significat hoc nomē raritas est porositas. s. multa cui opponit̄ densitas i. pororū ꝓuatio vel paucitas quō sumit̄ a Gal. in tegni trac. 2. illo ca. in oibus ꝟo que dicta sunt ⁊ hoc mō sumit̄ ab Aui. hic cū dicit lꝫ viri caro ⁊c̄. sit rarior i. porosior q̄ plurimoꝝ pororū ⁊ latoꝝ. Considerandū aūt ꝙ q̄ Aui. dixerat carnes mulieruꝫ esse rariores voluit statim declarare se q̄ per illā raritatē intelligebat laxitatē siue lubricitateꝫ siue fluiditatē: ⁊ nō intelligebat porositateꝫ q̄ caro viri est porosior ⁊ hoc est qđ dicit: lꝫ caro viri sit rarior. i. porosior ⁊ per ꝯn̄s caro mulierū est densior. i. minus porosa: ꝓbat āt Aui. per hanc rōnē quā satis in textu innuit: carni viroꝝ admiscet̄ ꝙ ad ipam ꝓfluit de spū q̄ cōponit̄ cū illoꝝ carne: carnes aūt mulierū nō recipiūt hos spūs ergo carnes viroruꝫ sunt rare porose: mulierū spisse prohibentes hāc receptionē: ꝯn̄a tenet q̄ spiritus venaꝝ ⁊ arteriaꝝ sunt ignei ⁊ aerei vnde faciunt corpus alteratione porosum ⁊ hoc cū hō gn̄at̄ ⁊ recipiunt̄ in poris: alr̄. n. nō possent illi spūs ꝯponi cū carne: ⁊ hō est ꝙ dic̄ lꝫ caro viri sit rarior ex parte ꝯpōnis eius. i. spūs qui ei admiscet̄ ⁊ dixit cōpōnis q̄ fit quidā modus cōpōnis ex spū: ⁊ carne sicut ex ꝑfectione ⁊ ꝑfectibili: alia tn̄ lr̄a hꝫ ex ꝑte cōpōnis eius. i. spūs q̄ spūs qui profluūt ad mēbra sunt ꝯplōnis ignee ⁊ aeree. i. calide ⁊ humide cuius cōplōnis est rarificare sua. s. mulierū spissitudine. i. poroꝝ paucitate ⁊ strictura plus prohibet̄ penetrare. Considerādū aūt ꝙ cū nā nihil frustra faciat: sicut spūs prohibet̄ penetrare in carnes ⁊ mēbra mulierū sic ēt ꝓhibet̄ generari. s. multiplicari in mulieribus. Sꝫ tu diceres sermo Aui. nō valeret q̄ dicā ꝓhibitio penetrationis spūs nō est ꝑꝑ densitatē carniū sꝫ ꝑꝑ illoꝝ paucitateꝫ nō igit̄ bene dr̄ ꝙ sua spissitudine ꝓhibꝫ. Dōꝫ ēt ꝙ frustra eēnt pori nisi reciperēt spūs in poris. Considerandū āt ꝙ si ꝑmo Aui. sit in carnibus viroꝝ ⁊ mulieꝝ tn̄ proportionaliter ꝑmo est de omnibus alijs membris: porosiora aūt sunt in masculis q̄ꝫ feminis. Cōsiderādū aūt ꝙ tres spūs innuit. s. vitalē ⁊ n̄aleꝫ ⁊c̄. cū dicit a venis. s. pulsantibus ⁊ q̄etis: ⁊ aialeꝫ cū dixit neruoꝝ: Guil. āt de brixia non intellexit hūc passuꝫ: credidit. n. ꝙ ꝑ hoc ꝙ dixit sua nāqꝫ spissitudine referat̄ hic ad carnē viri que q̄ est spissa ⁊ cōpacta in se non recipit supfluitates a venis ⁊ neruis ⁊ iō oportuit illaꝫ carnē esse porosaꝫ vt illa supfluitas per poros pelleret̄. Sꝫ apparet ex ꝑmissa nostra expōne ꝙ nō vadit ad mentē Aui. ⁊ ꝙ Gerardus ēt in sua glosa errauit lꝫ cū conatu possit saluari: quartū qđ significat hoc nomē raritas est ideꝫ ꝙ mala testura villoꝝ mēbroꝝ hn̄tiū villos: sicut ēt dicimus de pāno ex filis nō bene ꝯtesto: ꝙ est rarus siue laxus: cui opponitur bona textura que est bona adinuicē villoꝝ insertio ⁊ compō: ⁊ hoc mō sumitur ab Auicē. 2. fen. 13. capi. huius capituli de cāis debilitatis mēbrorū cuꝫ dicit sꝫ que ex eis hn̄t maiorē ꝓprietatē ⁊c̄. est raritas texture illius mēbri: hoc ēt mō sumit̄ frequenter ab Auic. 2. fen. 13. in capi. de egritudibus sto. ⁊ ca. de stomacho: ⁊ hoc modo sumitur hic ab Auic. Sed si queratur quō se hn̄t vir ⁊ mulier in hac dispositione: certū est ꝙ melius ⁊ cōpositius sunt texta mēbra viroꝝ ex suis villis: q̄ꝫ mēbra mulieruꝫ: ꝓpter vigorē agentis generantis virū: qntū ꝙ significat hoc nomē raritas est aptura ꝑtiū aliquaꝝ que ꝑus erāt clause vel cōiuncte presentia humiditatū cōiungētū vel īplentiū: ⁊ per oppositū dēsitas sumitur pro clausione vel coniunctione opposita quomodo nos dicimus: ꝙ nouiter edificate ⁊ suplenite domus siue edificia sunt dense: antique vero domus sunt rare ⁊ euentabiles: a multis enim locis cecidit cementum quod coniungebat partes: ⁊ hoc modo accipitur raritas ⁊ densitas ab Ari. problematum. 10. vbi reducendo questionem sicut debet reduci. Querit propter quid morphea minus accidit pueris q̄ꝫ viris completis: ⁊ quare plus accidit vetustioribus viris: ⁊ mulieribus: q̄ꝫ iunioribus: etiam ⁊ innuit in hoc Arist. ꝙ minus accidit mulieribus quā masculis: ⁊ īter alias cās ponit ꝙ corpora pueroꝝ ⁊ antiquaꝝ mulieꝝ sunt bn̄ euētabilia q̄ sunt rara: sicut ēt antiq̄ edificia: ymaginat̄ ḡ Ari. ꝙ aptura ꝑtiuꝫ in senibus viroꝝ: ⁊ mulieꝝ q̄ aptura est ex cōclusione corpuꝫ claudētiū vel ꝯiungētiuꝫ: sit cā ꝙ vapores qui faciunt morfeā veniāt ad ꝑtes cutis ⁊ in illā penetrēt qn̄ cutis est sic rara sic̄ ī vetustioribus virorū ⁊ mulieꝝ: ⁊ ꝑꝑ eādē raritatē opinat̄ Ari. ꝙ pili supcilioꝝ crescūt in oibus antiq̄s vt appꝫ. 3. de hystorijs ⁊. 2. de ꝑtib^{9} aīaliū ⁊ ꝓble. 4. ꝓblemate 18. ⁊ licet nos in causa horum effectuū n̄aliuꝫ alteram oppinemur causam ab

ea quā

Jacobus De partibus

¶ Quod ergo ⁊c̄.] ¶ In scđa pte dicit prin. ꝙ illud qđ est sup parteꝫ musculi neruosam .s. ⁊ ligamētaleꝫ dr caro. Et p hanc differt musculus a chorda q̄ car/ne caret. Sꝫ chorda dr il/lud qđ separat a musculo versus caudam .i. ⁊ vadit ad juncturā ⁊ ad membrū qđ mouet ⁊ colligit in se/ipso dum .s. trahit mēbruꝫ ⁊ pmutat̄ .i. relaxat̄ qn̄ trahere desinit. ¶ Attēde. 1. ꝙ musculus recipit ī sua cōpositione carnē ad multas vtilitates. Primo .n. caro fit neruo q̄ sparsus est per villos in sbā musculi sicut mollis lectus. Scđo sicut clipeus ⁊ tegimen calefaciēs tpe frigido ⁊ obūbrans tpe calido. Juxta illud Gal. 12. de vtili. pti. ca. 2. Musculus vero cōposite carnis vtilitatē prebet cadente .n. vel aliter dis/cūbente molle substratū fit pcusso vero molle tegimē ꝯculcatis edificijs simil/limuꝫ ac ēt vulnerato ꝑmissoriuꝫ ⁊ calefaciēs q̄dem in frigiditate vmbrās ve/ro in estu coopimentū .n. ante oēs ꝑcipuas ptes ad omne iacet nocumentum carnosuꝫ genus. ¶ Attende. 2. ꝙ in sbā chorde nō subintrat caro quatinus ipsa sit leuior ad motus ⁊ ne membra grauia fiant a multitudie carnis q̄ leuia esse opꝫ ⁊ multis munita chordis ad motus multiplices ⁊ pene innumeros exercēdos sicut sunt extreme manus. Juxta illud. G. 1. de vtili. pti. c. 17. Leuē simul ⁊ tenuē melius erat esse extremā manū ⁊ nō aduberatā turba carnium grauē simul ⁊ grossaꝫ fieri. Multa .n. ita deterius ⁊ tardius ageret eoꝝ q̄ nūc (prompte ⁊ bene agit. ¶ Post eas ⁊c̄.] ¶ In hac pte q̄nta q̄ est de ligamē/tis dicit primo pn̄. ꝙ post chordas sunt ligamēta ꝑdcā q̄ sunt corpa silia ner/uis. Scđo diuidēs ligamēta dicit ꝙ q̄daꝫ eoꝝ dn̄r absolute ligamēta ⁊ q̄dam dn̄r ꝓprie alhahacab. Tertio declarās mēbra diuidētia dicit ꝙ illud dr abso/lute ligamētuꝫ qđ extēdit̄ ab osse ad musculū: ⁊ illđ qđ ligat extremitatē vniꝰ ossis cū extremitate alteriꝰ ossis in loco juncture vel annectit seu colligat vnā reꝫ fortiter alteri rei nec extēdit̄ ad musculū vltra hꝫ ꝙ dr ligamētuꝫ cōi noīe ꝓ/prie vocat̄ alhahacab. Quarto dicit ꝙ nullū ligamētuꝫ habuit sensum tactus ne doleret pp multuꝫ motū ⁊ cōfricationē q̄ accidit ei tpe motus. Quinto dic̄ ꝙ iuuamētuꝫ ligamēti satis ppendit̄ ex dcīs. ¶ Attēde hic ꝑmo: circa ꝑmum ꝙ nāli ordine ligamēta ꝑcedūt chordas eo ꝙ sunt ptes chordaꝝ ⁊ ēt ordine q̄ ꝑn. incepit hic agere de mēbris simpli. incipiēs a magis duris ⁊ procedēs ad molliora: veꝝ qꝛ sepe cōposita sunt nobis notiora simplicibꝰ possunt interdū ante simplicia tractari: ligamēta ēt nō sunt vlr ptes chordaꝝ sꝫ illa dūtaxat q̄ ad musculos ꝓtendunt̄. ¶ Attēde. 2. ꝙ ligamēta sunt silia neruis in tribus vꝫ in hoc ꝙ sunt alba ⁊ exāguia ⁊ sine interiori cōcauitate sic̄ nerui oēs exceptis opticis ⁊ differūt a neruis in q̄ttuor. Primo in hꝫ ꝙ oriunt̄ ab ossibꝰ nō a cere/bro aut nucha sic̄ nerui. Scđo in hoc ꝙ sunt duriora neruis. Tertio ī hꝫ ꝙ sūt insēsibilia penitus. Quarto in hoc ꝙ nihil mouere possunt. Juxta illud. G. 1. de vtili. pti. c. 17. Alba .n. ⁊ exanguis ⁊ sine cōcauitate est colligatio silr neruo ⁊ ppea multis ineruditis nerꝰ appet sꝫ nō est nata ex cerebro ⁊ dorsali: sed ex ossibꝰ ad ossa quocirca ⁊ neruo multo durioꝛ ⁊ omnifariam insensibilis est ⁊ mouere aliq̄d nō pōt. ¶ Attēde. 3. ꝙ alhahacab est nomē arabicuꝫ ⁊ inuenit̄ corrupte expositū in synonymis auic. ꝙ est os p qđ cōplet̄ junctura. Debꝫ .n. scribi loco huius noīs os hoc ꝓnomē id dicēdo ꝙ alhahacab est id p qđ cō/plet̄ junctura. Sꝫ alhahacab siue cahab qđ idē est: est os pedis p qđ junctura ipsius cū tibia cōplet̄ ⁊ de illo dicet̄ infra. c. 30. sūme p̄ie doctrie pn̄tis. ¶ At/tende. 4. ꝙ articulatio seu junctura ossiū adinuicē facta est grā motus volūta/rij ⁊ ad illā cōcurrūt ossa duo q̄ mouent̄ ⁊ musculus siue chorda mouens ea ⁊ cū ipsis ligamētuꝫ qđ ossa cōiungit. Juxta illud Ga. c. 1. libro. 12. de vtili. pti. Sed articulatio q̄deꝫ ossiuꝫ est cōpositio grā motus q̄ ꝰm impetū facta ⁊ ma/nifestū est quoniā oīno non pauciora opꝫ duobꝰ esse ea q̄ cōiungunt̄ quinetiā colligationū singula similiter autem ⁊ musculoꝝ vnusquisꝗ ex altero ossium explantatus ad alterum implantat̄. Et in hoc manifestum est ꝙ articulatio oīs ⁊ colligatio ⁊ musculus in ea que ad inuicem articuloꝝ ordinata sunt cō/positione cōuenienter dicte sunt cōium esse pticulaꝝ. ¶ Attende. 5. ꝙ ad mo/tum voluntariū ossiuꝫ duo sunt necessaria .s. articulatio seu cōiunctio ossium ⁊ musculus vel chorda mouens ea: ligamentū vero non est oīno necessarium ad hunc motum sꝫ vtile multū inquantū prohibet nec tempore motuū dislo/centur ossa. Juxta illud Gal. c. preallegato. Quoniā igit̄ non est possibile mo/tum aliquem ossium fieri absꝗ ꝙ articulentur simul ⁊ p musculos coaptent̄ demonstratū est multotiēs si demuꝫ oportebat esse q̄dem qđ mouet: esse vero ⁊ quod mouet̄ ⁊ horuꝫ hoc quideꝫ musculus est: hoc autem ossium cōpositio quoniā aūt nec colligatio est inutilis: sed lꝫ non ad ipsam generationem mo/tus necessaria tn̄ ad bene moueri vtilis est. Dictum quidem est iam ⁊ hoc per anteriora rememorabor autem ⁊ nunc capituli sermonis quoniaꝫ nisi p colli/gationes tenerentur articulata ossa nihil vtiꝗ prohiberet ea ꝑꝫ quēlibet mo/tum egredi a propria sede alias alibi permutata. ¶ Attende. 6. ꝙ ligamenta

a ¶ Et post de ortu arteriaꝝ oēs concordant ꝙ a chorde nascuntur: q꞉ portant sanguinem arterialem ⁊ spiritum qui in corde fit. Cor euentetur .i. calor cordis vel in corde vel in arterijs. Dubitaꝛ vtrū vene orianꝛ ab epate vel corde vr̄ ꝙ a corde ꝑ Arist. 3. de pti. aīa. ⁊ 3. de historijs. In cōtrariuz Gal. 16. de vtili. ptiuz. 2. c. ⁊ Auic. hic ⁊ fere oēs medici. Qui vult videre extraneas sniās antiquoꝝ: legat Auic. 3. de aiali. ⁊ Ari. 3. de historijs. Post istos fuerūt ⁊ sunt moderni q dicunt ꝙ vene originalr̄ sunt a corde manifestatiue sunt ab epate: volentes ꝯcordare Arist. ⁊ medicos. Alia ē via arist. ꝙ vene oriantur a corde quā Auer. ꝯfirmat i trac. de corde duabus rationibus: prima q꞉ ab eo oriuntur vene a quo oritur sanguis: sed sanguis hz ortuz a corde. Secunda: vene terminantur ad cor: ⁊ non penetrant ꝑ ipsum: ⁊ vr̄ hoc sensisse Ga. 7. de iuuamē. membroꝝ. 3. c. Alia est opinio medicoꝝ ꝙ vene orianꝛ ab epate: rō q꞉ epar est principiū sanguinis vt supra probatuz est: ⁊ sic cessat prima rō auer. Scđa rō est: nam nascentia arboris est a radicibus suis

¶ Et ᵃ post ligamenta sunt arterie: q̄ sunt corpora que a corde nascuntur concaua in longitudine extensa nervosa ⁊ in sui substantia ligamentalia habentia motiones dilatando se ⁊ constringendo que ex quietibus discernuntur.

Jacobus

ossiuz dupliciter inuicē colligant ossa. Uno mō ab intra sicut ligamēta q̄ ligāt ꝯtebra cū scijs interiᵒ. s. extremitatē ossis coxe cū extremitate ossis hance que ē velut pixis. Alio mō ab extra circūuoluēdo iuncturā extremitatū ossium. Et hūc modū colligationis tāgit Gal. dcō. c. dicēs. Ut autē nihil tale fiat. s. ꝙ ossa egredianꝛ a ꝓpria sede nā oēm ossiuz articulationē in circuitu cōprehendit ligamētis fortibᵒ qdez sz remissionis .i. laxationis non pue capacibᵒ. ¶ Attende. 7. ꝙ lz subā ligamēti multū dura esset aptior ad fortius colligandū ossa facta tū fuit mediocris duriciei ne iuncturā ꝓhiberet a facili motu: videmus. n. ad sensuz ꝙ duz ligamēta nimis induranꝛ iuncture rigide fiūt ⁊ inhabiles ad motū duz vero nimis molles sunt faciliter dislocanꝛ. ¶ Attēde. 8. ꝙ multa ligamētoꝝ subseruiūt in ligādo ⁊ suspēdēdo membra aliqua intrinseca cū ossibus puta cor stōm mr̄icez vesicā ⁊ alia plurima. Et hec ligamēta dicunꝛ arabice alhahsacab sicut illa q̄ ꝯiungūt ossa. ¶ Attēde nono ꝙ qnqꝫ sunt iuuamēta ligamentoꝝ. Primū est ligare musculos ossibus. Scđm est cū neruis cōponere chordā. Tertiū est colligere extremitates ossiuz interius. Quartū est firmare ⁊ circūtegere iuncturas exterius. Quintū est ligare ⁊ suspēdere mēbra alia a musculis ⁊ ossibus ligatione ⁊ suspensione egentia.

¶ Et post ligamēta ⁊c̄.] ¶ In hac sexta pte q̄ est de arterijs primo describūtur arterie. Scđo tangunꝛ eaꝝ vtilitates ibi [Que qdez ad hoc] Describunꝛ aūt pmo ꝑ genus suū cuz dr̄ ꝙ sunt corpa. Scđo ꝑ locuz origis duz addiꝛ que a corde nascunꝛ. Tertio ꝑ suaz ꝓpriaz figurā duz dr̄ cōcaua. Quarto per suaz dimensionē dđo ꝙ sunt in lōgitudine extēsa. Quinto ꝑ silitudinē cum neruis dđo neruosa. Sexto ꝑ modū sue sbe dđo ꝙ sunt in sui sba ligamentalia. Septimo ꝑ motus ⁊ qetes eaꝝ cuz dr̄ hn̄tia motiones dilatādo se ⁊ ꝯstringendo q̄ ex qetibus discernunꝛ. ¶ Attēde pmo ꝙ nomē arterie ē equocuz ad arteriā durā vocalē cartilaginosaz solitā vocari tracheā arteriā seu cānaz pulmonis ⁊ arteriā mollē neruosam cōtinente sanguinē ⁊ spūs vitales ⁊ hic accipiꝛ mō scđo ⁊ dr̄ arteria q̄si arta aeris via. ¶ Attēde. 2. ꝙ duplex est talis mollis arteria neruosa ⁊ vtraqꝫ exit ⁊ oriꝛ a sinistro vētriculo cordis. Una ē arteria venalis q̄ trāsit a corde ad pulmonē deferēs aerē frigidū a pulmone ad cor gr̄a contēperationis caloris cordis ⁊ referēs iteꝝ dictū aerez cū vaporationibᵒ ⁊ fumis a corde ad pulmonē duz calefactus ē ⁊ inutilis factus ad refrigeriū ⁊ tūc cum respiratiōe ꝑ os emittiꝛ ⁊ dr̄ arteria q꞉ pulsat sicut alie: sz venalis dr̄ q꞉ cōstat ex simplici tunica sicut vene nō pulsatiles. Alia est arteria magna adorti exiēs a vētriculo sinistro cordis q̄ est velut trūcus oīuz arteriaꝝ ꝑ corpus diffusaꝝ. Juxta illud. G. 16. de vtili. pti. c. 10. Est itaqꝫ quoddā maximū vas sicut antea dixi ꝓdiens a sinistro vētriculo cordis velut stipes ad totū corpus distributū. ¶ Attēde. 3. ꝙ arterie facte sunt ꝯcaue vt ꝯtineāt sanguinē arterialez ⁊ spūs vitales ⁊ aerē attractū ad ipsoꝝ refrigeriū ⁊ cū sua cōcauitate rotūde sunt vt plus cōtineāt ⁊ resistāt fortius cāis ledētibᵒ. Figura nāqꝫ rotunda capacior ē ceteris ⁊ ineptior ledi a cāis infirmātibᵒ: ⁊ sunt i lōgitudine extēse q꞉ sunt veluti cānales ꝑ quos vitalis virtus i vniuersuz corpus diffundiꝛ. ¶ Attēde. 4. ꝙ arterie sunt neruose .i. siles neruis in hoc ꝙ sunt mēbra spmatica sicut nerui nālr̄ ⁊ ex se alba: lz a sanguine tincturā aliquā recipiāt flexibilia ⁊ in longū ꝓtensa. Sz differūt a neruis: prīo q꞉ sunt ꝯcaue. Scđo q꞉ nascunꝛ a corde nō a cerebro. Tertio q꞉ ex se nō sentiūt. Quarto q꞉ motus eaꝝ nō est voluntarius sicut neruoꝝ. ¶ Attēde. 5. ꝙ arterie dici possunt corpa ligamētalia tribus de cāis. Primo q꞉ sunt siles ligamētis. Scđo q꞉ sunt cōtexte ex villis longitudinalibus qbus attrahūt: latitudinalibᵒ qbus expellūt: ⁊ paucis trāsuersalibus qbus retinēt q quidē villi sunt ligamētalia fila. Tertio q꞉ arterie ligāt seu colligāt aliqua mēbroꝝ sicut arterie q̄ sunt i pia mr̄e colligāt ptes cerebri. ¶ Attende. 6. ꝙ oēs arterie corpis hn̄t duas tunicas excepta venali: quaꝝ interior est fortior ⁊ multo spissior exteriori quatinus ꝓhibeat resolutionē spūuz vitaliuz. Et ē tunica arteriaꝝ intātuz grossior q̄z venaꝝ nō pulsatiliū vt erophilus recte ꝯiecturari videaꝛ arteriā sextuplā vene enūcians esse grossicie sicut ait Gal. 6. de vti. pti. c. 8. ¶ Attēde. 7. ꝙ duplex est arteriaꝝ motus. Unus est motus dilatatiōis eaꝝ q diastoles ⁊ arsis dr̄. Alius ꝯstrictionis q noiatur sistoles ⁊ thesis: ⁊ īter has motiones sic̄ inter q̄sqꝫ motᵒ ꝯrios sunt qetes medie qbᵒ dividunꝛ.

¶ Que qdez ⁊c̄.] ¶ In scđa pte dic̄ arterias fuisse creatas ad tres fines. Primus ē ad euētationē cordis. Scđs est ad expulsionē vapoꝝ fumosoruz. Tertius ad distributionē spūuz ꝑ mēbra corpis. ¶ Circa primū attēde ꝙ arterie īmediate ⁊ dircē subseruiētes ad enētationē cordis sunt arterie venales q̄ trāseūt a corde ad pulmonē: quaꝝ extremitates terminanꝛ ad extremitates cānulaꝝ diuisaꝝ a trachea arteria ꝑ sbam pulmonis: ⁊ in illa ꝯiunctiōe extremitatū meatus sunt ita stricti nālr̄ ꝙ sunt puij aeri ⁊ inuij humori: ita ꝙ ꝑ eos libere ptrāsit aer ad euētationē cordis: ⁊ nec sanguis arterialis nec aliᵒ humor eos ptransire solet nisi ꝑ violētiaz magnā dilatenꝛ ex altis vocibᵒ aut casibᵒ violētis aut conatibᵒ maximis cū retētiōe anhelitus. Et cū ab his aut silibus aperiunꝛ tūc spuiꝛ sanguis spūosus. ¶ Attēde. 2. ꝙ cū sanguis ab epate venit ad dextrū ventriculū cordis ⁊ ꝑs eius trāsit in sinistruz eius ventriculuz illic depuraꝛ ⁊ fit partim sanguis arterialis ⁊ partim spūs vitalis: ⁊ in illa depuratione multus generaꝛ fumosus vapor q si maneret in corde supcalefaceret ipsuz ⁊ obtenebraret sanguinē ⁊ spūs ꝓpea statuit nā vias. s. arterias venales q̄ deferrēt a corde ad cānulas arterie venalis aerez iam calefactū in corde ⁊ inutilē ad refrigeriuz cū prefatis vaporibus ꝑ respirationez eijciendūz ⁊ rursus cordi referrent recentez aerē. ¶ Attende. 3. ꝙ arteria magna adorti ⁊ arterie orte ab ea non solū deferūt spūs vitales ad singula mēbra sed cum eis sanguinem arterialem qui se habet ad venalem vt actualior ⁊ formalior eo.

sed radices venaꝝ sunt in epate. Ad scđm dōm est: ꝙ rami venaꝝ terminantur ad epar. s. diuisiones capillares vene porte que sunt principiū vene porte ⁊ diuisiones capillares ascendētium: que sunt principium vene ascendentis. Alius modus dicendi est: q cum ꝯsiderabiꝛ placuit Auic. qđ vene non dicūtur nasci ab aliquo: sed sicut nāᵃ de tali mā fecit cor: de tali ossa: ⁊ sic de alijs. sic de tali mā fecit venam tante longitudinis: tot partium: ⁊ talis figure ⁊ cōcauitatis: ⁊ hoc probatur: nā quicunqꝫ ponit venas nasci ab aliquo: aut lz itelligit mālr̄iter: aut effectiue: aut terminatiue: aut seruitiue: aut q꞉ inde ꝓtendūtur siue propaginanꝛ: aut quia in eo est prima vena. Siquidē venas dicamus nasci ab aliquo: quia de materia illi superfluente: tunc omnia nascenꝛ a corde: si effectiue: tunc etiam omnia fiunt a corde: ⁊ sic ab eo nascuntur: ꝯm cōmunem opinionem: que tenet ꝙ cor generat alia mēbra. Si terminatiue: tunc non minus terminantur vene ad membra quaz ad cor vel epar: ⁊ sicut tu incipis ab epate vel corde: ita ego incipiam a membris nec

tur. ¶ Que quidem ad hoc fuerunt create vt cor euentetur ⁊ fumosus vapor ab eo expellatur: ⁊ spiritus mēbris corporis distribuanꝛ. ¶ Post sunt vene que arterijs similes existunt: sed sunt ab epate: ⁊ sunt quiete. Que quidem

De partibus

¶ Post sunt vene ⁊c̄.] ¶ In hac pte septima q̄ est de venis dicit primo prin. ꝙ post arterias sunt vene que sunt siles arterijs. Scđo dicit ꝙ vene sunt .i. oriuntur ab epate ⁊ sunt quiete. Et in his duobus differunt ab arterijs. ¶ Tertio dicit ꝙ vtilitas venaꝝ gr̄a cuius facte sunt est deferre sanguinē membris corpis. ¶ Attende circa primuz ꝙ vene sunt arterijs siles. Primo in sba tenaci flexibili. Scđo in colore. Tertio in hoc ꝙ sunt cōcaue. Quarto in cōtinere sanguinez ⁊ spūm. ¶ Queriꝛ circa scđm vtruz vene orianꝛ ab epate. Super hoc sunt varie opiniones. Prima fuit antiquoꝝ philosophoꝝ ante tpa aristotelis dicentiū venas oriri a cerebro. Juxta illud arist. 3. de nā aiali. c. 2. Et aliq naturales narrauerunt venas: sed non subtiliauerunt considerationez in eis. Et omnes opinantur ꝙ principium venarum sit ex parte capitis ⁊ cerebri: ⁊ non recte inuenerunt: ⁊ causa ignorantie eorum fuit difficultas speculationis quia natura magnaruz venarum non apparet in corporibus mortuoruz: qm̄ contrahuntur subito in exitu sanguinis. ¶ Secunda est Aristotelis dicentis omnes venas tam pulsatiles q̄z non pulsatiles oriri a corde: ait eniz tertio de nā aīaliuz cap. 2. de venis loquens: Et principiuz haruz est cor: ⁊ ille ꝓcedunt ad totuz corpus: cor vero est quasi ꝑs suaꝝ partium: qm̄ vena maior est posita super cor: ⁊ minor sub: ⁊ cor est inter eas. Et. 3. de pti. aīali. c. 4. Primo probat istud ex situ cordis. Est enim in medio sicut rex in regno ⁊ princeps virtutum atqꝫ membrorum. Scđo q꞉ vene transeunt ꝑ alia mēbra ⁊ nō ꝑ cor: ⁊ ex hoc pz ꝙ cor est vna ptiuz venaꝝ ⁊ pma radix ⁊ origo eaꝝ. Tertio cor factum est cōcauuz ad recipiendū sanguinē ⁊ in nullo membro est sanguis sine venis nisi in corde: ⁊ hoc significat ꝙ epar est fons sanguinis: ergo principiū venaruz quarum est deportare sanguinez singulis membris. Quarto dicit id fieri manifestum ex anatomia. Quinto cor primo generatur: ⁊ generatio eius sanguinea apparet ⁊ primo mouetur quare videtur esse principium nature animalis: ita ꝙ primo recipit animaz omnem virtutem in se continentez ⁊ per consequens principium venarū. Aliter enim oporteret ꝙ vena grossa existens inter cor ⁊ epar violenter penetraret cor postq̄z formatum est. Habet autem series verboꝝ arist. ita. Illi vero q finxerūt ꝙ principiū venaꝝ est in capite errauerunt ⁊ male dixerunt: quoniam ponunt multa principia distincta ⁊ in loco frigido ⁊ hoc manifestuz est quia frigus cito accidit isti membro. Locus autē cordis est ecōtrario sicut diximus superius ꝙ vene transeunt per alia mēbra corporis interiora ⁊ non transeunt per cor. Et hoc manifestuz est quia cor est vna partium venarum ⁊ hoc est rectum q꞉ in medio corporis cor est. Et creatio eius est in corde spisso concauo naturaliter: quoniaz principium venaruz est ex eo ⁊ est concauum ad recipiendum sanguinez: ⁊ est spissuz ad custodiendum principiuz motus ⁊ in nullo membro est sanguis sine venis nisi in corde tantum. Sanguis autem qui est in alijs membris est in venis: quoniam sanguis exit a corde ⁊ vadit in venis ⁊ non peruenit sanguis ad cor ex alio loco: quoniam est fons ⁊ principium sanguinis et primuz membrum recipiens sanguinem ⁊ hoc manifestaꝛ ex anatomia ⁊ modo generationis: quoniam creatio cordis prius sanguinea apparet. Hec aristo. Consequenter eodem capitulo probat arist. ꝙ epar non est principium venarum dicens. Non pōt dicere aliquis ꝙ epar sit principium totius corporis neqꝫ principiū sanguinis quoniam non est positum in loco conuenienti principio. Et hz aliud membra positum in eius opposito in aīalibus subtilis creationis. s. splenez ⁊ epar non hz locum ad recipiendū sanguinem sicut hz cor sed sanguis qui est in epate retineꝛ in venis sicut sanguis q est in alijs mēbris. Et ēt ꝑ hoc membruz trāseunt vene ⁊ non ꝑ cor. Hec aristo. ¶ Tertia est opinio Gal. ꝙ oēs vene nō pulsatiles vnius tunice oriuntur ab epate. Ait. n. quarto de vtili. pti. c. 5. Relinquetur ḡ id qđ est velut caro epatis qđ vtiqꝫ est ꝓpria sba visceris esse primuz sanguinationis organuz ⁊ principiū venaꝝ. Et. 5. de iuuamē. membro. c. 3. ait. Et dico ꝙ epar est principiuz venaꝝ ⁊ primū instroꝝ generantiū sanguinē ⁊ hoc erit ꝑ sbaz carnosaz. Et ad id sunt rōnes. Prima est: epar est principiū sanguīs ergo venaꝝ: ꝯña tz: q꞉ vene create sunt gr̄a latiōis sanguīs a fonte suo ad mēbra. Assumptū ostēdiꝛ q꞉ sanguis est simillimus epati nō cordi. Scđa q꞉ membra ordinata ad receptionē supfluitatuz sanguīs sunt vicina epati puta cistis fellis receptiua cholere splen mesle vene emulgentes aquositatis vrinalis. Tertia est: manifeste videtur in anatomijs grossus vene truncus scilicet vena portanaria erumpente a concauitate epatis qui statim diuiditur in octo meseraicas ⁊ heret in sba epatis cuz quinqꝫ radicibus ⁊ alius trūcus grossus dictus vena concaua a gibbositate epatis erumpit: qui diuiditur in venas grossas ascendentem ⁊ descendentem a quibus cetere vene per totum corpus diffuse oriuntur ⁊ heret in epate cum quinqꝫ radicibus. Quarta radices plurime recollecte producunt stipitem qui consequenter partitur in ramos: sed manifestum est radiculas venarum a quibus dicti trunci habent ortum disseminari per substantiam epatis non cordis. Quinta est: vene maxime attestantur super dispositione epatis vt amplitudo venaruz super caliditate ipsius ⁊ angustia earum super frigiditate eius. Et hoc nō videtur esse ex alio nisi

quia

nec valet dicere ꝙ sunt magna multitudo: q: ab illis multis posset principiare sicut arbor a radicibus multis: ⁊ si tu. d. principiū dꝫ esse vnuꝫ vel non ita multiplex: dicēdū ꝙ verū est principiū efficiens vel formale vel mãle ꝓpriuꝫ: sꝫ principiuꝫ qd̄ est terminus vltra qd̄ nō pōt esse multiplex. Si aūt intelligaꝰ venas nasci ab aliquo seruitiue. i. q: ab illo mēbro nascunꝰ cui seruiunt: tunc qd̄ redit in questionē an sanguis fiat in epate vel corde. Amplius nō minus nascerenꝰ a mēbris ad que vadunt vene q̄ꝫ a corde vel epate: q: seruicium earuꝫ respectu mēbroꝝ aliorum maius est: vel nō minus q̄ꝫ seruiciuꝫ earum respectu cordis vel epatis. Amplius vene meserayce nō dicuntur nasci ab intestinis vel stō a quibus portāt materiam: sꝫ ab epate ad qd̄ portant. Amplius vasa spmatica: ⁊ virga dicerētur nasci a testiculis. Si aūt vene dicanꝰ nasci ab aliquo q: inde ꝓtēdunꝰ siue propaginanꝰ siue multiplicāt: hoc est sicut tibi placꝫ q: potes incipere ab epate: ⁊ inde fit multiplicatio vel a corde: vel a loco medio: ⁊ hoc innuebat Auic. 3. ca. fen. 14. primo. c. cum dicebat. aut scd̄m ambas intentiones: si aūt intelliganꝰ vene nasci ab aliquo

fuerunt create ad hoc vt sanguis membris que sunt in corpore partiaꝰ. ¶ Deinde sunt panniculi qui sunt corpora de filis neruosis non sensu perceptis texta. Quorum spissitudo tenuis existit dilatata aliorum corporum superficies coopientia ⁊ continentia ea propter multa iuuamēta. ¶ Ex qbus est vt summa eorū in sua figura ⁊ factura custodiant. Et ex eis est vt ea ab alijs corporibus suspendant ⁊ eis annectant mediantibus neruo ⁊ ligamento: que fila facta fuerunt ex quibus texti fuerunt sicut renes a dorso. Et ex eis est vt membra s̄m sui substātiam sensum non habentia per ipsos habeant superficiem sui essentia sentienteꝫ que illud quod ei occurrit sentit: ⁊ accidentaliter sentit qd̄ in corpe accidit qd̄ eis inuolutum est. Et hec quidē mēbra sunt sicut pulmo ⁊ epar ⁊ splen ⁊ renes. Hec enim sua substātia nullo modo sentiunt: sed neqꝫ sentit illud quod in eis ꝑcussionem facit nisi quod de panniculis super ea existit. Cūqꝫ in eis accidit ventus aut apostema sentitur. Sed ventum sentit pāniculus accidentaliter propter extensionem que contingit in ipso. Apostema vero sentit principium panniculi: ⁊ eius appensioneꝫ accidentaliter: ideo ꝙ membrum apatis grauitate laxatur.

Jacobus

q: vene sumunt ab eo ortū. Sexta est epar est vnuꝫ de pncipalibus mēbris ⁊ nō vꝰ optinere pncipatū nisi q: est fons succositatis ⁊ nutritiōis cui vene seruiunt. Septima est vena grossa que est inter epar ⁊ cor ⁊ subintrat dextrum cordis ventriculū est durior ꝓpe cor q̄ꝫ ꝓpe epar. Et h̄ est signuꝫ ꝙ ꝓpe cor ē longior a fonte. Nā ꝓcedunt indurando vene oēs ⁊ nerui ¶ Auic. u͛o q̄ꝫuis dicat tertio aīalium ꝙ verior est sn̄ia primi magistri. s. Ari. dicit tn̄. 13. aīalium. Et ab epate nascunꝰ due vene vna apud simā cuius iuuamētū ē attrahere nutrimētū. Et a gibbo nasciꝰ vena ꝯcaua cuius iuuamētū est deferre nutrimentuꝫ ad mēbra. ¶ Auer. aūt i libro quē edidit de dispōnibꝰ cordis asserit ꝙ in corde est virtus cibalis seu nutritiua ⁊ spūs ⁊ venaꝝ ⁊ neruoꝝ origo ꝗtinus i vno ⁊ eodē esset calor agens ⁊ sanguis patiēs ⁊ vene illius actionis ⁊ passionis essent vie: ⁊ cor fundamētuꝫ ⁊ origo oiuꝫ illaꝝ opationuꝫ. Sꝫ primo col. c. 6. de venis nō pulsatilibus ait. Vene nō pulsatiles sunt vnius tunice ꝑter vnā istaruꝫ: ⁊ est inuentum per viaꝫ sensus ꝙ ramificanꝰ ab epate: ⁊ illud qd̄ germinaꝰ ab ipsis in primis sunt due vene quaꝝ vna est intra ꝯcauitateꝫ ⁊ noīaꝰ porta ⁊ hec est ad attrahēdū nutrimētuꝫ epati. Alia est que exit a gibbositate ⁊ hec est facta ad ferenduꝫ nutrimētū ⁊ diuidēdū: ⁊ ista ꝯcaua nominaꝰ Et q: videmus Auic. ⁊ Auer. in controuersijs que sunt inter Ari. ⁊ Gal. imitari sepius in phijs suis arist. ⁊ in suis libris medicialibꝰ Gal. ab eis ꝑtꝫ instructi cōcipimus melius esse medicis imitari suuꝫ patronuꝫ ⁊ adherere doctrinis. G. summi medici que in veris experientijs fundata est ⁊ conuenientissima rectis medendi canonibus: ⁊ id suademus in scientia medicine ꝓficere volentibus. ¶ Quarta est opinio dicentiū venas s̄m formaꝫ oriri a corde: a quo. s. vt a domicilio substantie aie fluunt oēs potestates in ceteris mēbris reperte: ⁊ sꝫ materiaꝫ oriri ab epate. ¶ Quinta est opinio dicentiuꝫ venas s̄m substātiaꝫ oriri a corde ⁊ s̄m ramificationeꝫ oriri ab epate. Et he due vltime opiniones querunt ⁊ videnꝰ cōcordare arist. cū Gal. Sꝫ cū Gal. a ꝓposito cōtradicat in hoc arist. ꝗrere cōcordiaꝫ inter eos est notare Gal. ꝙ nō intellexit arist. Persistēdo igitur cū Gal. respondendū est ad rationes inductas pro arist. ¶ Ad primam de situ cordis ꝙ est cōueniēs principio: dic ꝙ est cōueniens principio vite seu vitalis virtutis: sed nō principio oiuꝫ virtutuꝫ: cū diuerse virtutes sibi determinent diuersas cōplexiones ⁊ diuersa organa que nequeunt generaliter oēs vni mēbro cōmunicari. Ad scd̄m dic primo ꝙ alique vene transeūt per cor ⁊ sparguntur in substantia cordis. Dic scd̄o ꝙ venas nō transire per cor ⁊ spgi per epar ad instar radicū arguit potius venas ab epate q̄ꝫ a corde nasci. Ad tertiū dic ꝙ cor nō est factū ꝯcauū vt sit fons sanguinis sꝫ vt sit fons depurationis eius ⁊ ꝯuersionis eius in spūs. Et vt calor cordis vehementius operatur in sanguinē ipsum depurando ⁊ spiritiuficando recluditur sanguis in ventriculis cordis nō contentus illic in venis. Ad quartum dic ꝙ apparentia in anatomia magis fauēt Gal. q̄ꝫ arist. q: anatomizanti epar manifeste apparent fila venarum sparsa per epar ad instar radicum recolligi in duos truncos exeuntes ab epate quoꝝ vnus exit ab epatis concauitate: ⁊ dꝰ porta: reliquus auteꝫ ab eius gibbositate: ⁊ dꝰ vena cōcaua. Ad quintuꝫ qd̄ ꝓbare nititur cor esse fonteꝫ sanguinis q: primo creatur ⁊ generatio eius sanguinea apparet. Dic ꝙ sanguis apparens in corde diuꝫ primo fit nō est genitus in corde fetus sꝫ in epate matris ⁊ de matre transit ad fetuꝫ. Sed qūo iaꝫ formato corde pōt vena penetrare ab epate in ipsum. Dic ꝙ faciliter q: tunc sb̄a cordis est tenerrima: eo ꝙ non est diu ꝙ fuit sperma sanguis ⁊ spūs vaporalis ⁊ similiter vena.

¶ Deinde sunt panniculi ⁊c̄.] ¶ In hac parte octaua que est de panniculis primo describit princeps panniculos. Secundo tangit eorum vtilitates ibi [Ex quibus est.]

¶ In prima pte primo tangit genus panniculoꝝ dicens ꝙ sunt corpa. Scd̄o materiaꝫ eoꝝ dicens. De filis neruosis non sensu perceptis texta. Tertio modum sb̄e panniculoꝝ dicens. Quorū spissitudo tenuis existit dilatata. i. extēsa. Quarto fines seu iuuamenta panniculoꝝ dicens. Coopientia supficies. i. extremas ptes alioꝝ corpoꝝ. Et continentia ea. s. membra alia ꝑꝑ multa iuuamenta. ¶ Attende circa primū ꝙ descriptiones membrorum simplicium h̄ date a principe cōuenientius darentur per genus ꝓpinquū vel aliquid posituꝫ loco eius: puta ꝙ dicerenꝰ mēbra simplicia vel ptes homogenee aīalis q̄ꝫ ꝑ remotum. s. corpa: nō est tn̄ magna vis q: notificationes hic date nō sunt diffinitiones ꝓprie sꝫ descriptiones. ¶ Attēde scd̄o circa scd̄m ꝙ cū dicit prin. pāniculos esse corpa texta de filis neruosis capit fila neruosa generalr. s. pro villis neruoꝝ ligamētoꝝ venaꝝ ⁊ arteriaꝝ. Aliqui eniꝫ pāniculi magis cōstant ex filis arteriaꝝ ⁊ venaruꝫ q̄ꝫ ex filis neruoꝝ ꝓprie dictoꝝ sicut rete mirabile: pia mater ⁊ dura mater. Et dicunꝰ dicta fila nō percepta sensu: q: sunt adeo gracilia

s. a corde: q: in eo est prima vena: sic pōt dici de alijs mēbris: ⁊ queadmodꝫ diximus de venis: ita de neruis pōt dici: appꝫ igiꝰ ꝙ vene a nullo nascunꝰ: sed sunt mēbra facta in nobis ex ꝓpria mã: ⁊ h̄nt tales: ⁊ tales terminos. Cōtra quā opinionē auer. arguit in trac. de corde: pmo q: epar posset agere sine corde: ⁊ cor sine epate: scd̄o q: v̄tutes corpis humani essent ꝑtite: nec reducerenꝰ ad vnū principiū. Tertio q: cremētuꝫ plantaꝝ ⁊ aīaliuꝫ sunt similia: ⁊ nō videmus ꝙ nã ex vna pte mãe faciat vnaꝫ parteꝫ plãte: ⁊ ex alia aliam: ⁊ postea illa duo ꝯiūgat simul. Ad primuꝫ dicēdū negādo ꝯñaꝫ: vena eniꝫ q̄ꝫuis a nullo nascatur: vt est aliqd diuersum ab alijs mēbris: tn̄ q̄daꝫ mēbra ꝯiungit: in qua cōiunctione vnuꝫ ab alio recipit per hanc viaꝫ: Ad scd̄m ēt neganda est cōsequentia eodē modo. Amplius stant ista simul ꝙ pncipium totius corporis sit vnuꝫ: vt cor ⁊ tn̄ vena non nascitur a corde: sed ordinatur ad cor. Ad tertiuꝫ dicēdum ꝙ natura nō facit venā primo vt aliquid distinctum: ꝙ postea glutineꝰ alijs: sed simul cum alijs facit venam.

a ¶ Deinde sunt panniculi: quod dicit notum est.

De partibus.

ꝙ si essent ab inuiceꝫ separata vix viderenꝰ sicut fila telaruꝫ araneaꝝ. ¶ Attēde tertio circa tertiū ꝙ pāniculi sunt multū diuersi in spissitudine ⁊ tenuitate Nā capsula cordis est pāniculus spissus ⁊ multū fortis ⁊ pia mater est pāniculus tenuis ⁊ rarus: ⁊ dura mater ⁊ pāniculus tegēs craneuꝫ ab extra sunt mediocris spissitudinis. ¶ Attende quarto ꝙ cutis interior totius corpis ꝓprie est pāniculus: q: contexitur ex filis neruosis tenuibus: ⁊ cooperit ac continet vniuersuꝫ corpus: sed exterior cutis nō ꝓprie dicꝰ pāniculus: q: nō texitur ex filis neruosis: sed generaꝰ ex quadaꝫ humoꝝ vnctuositate coagulata in extremis corporis: sicut supra lac bullituꝫ generatur tunica quedam.

¶ Ex quibus ⁊c̄.] ¶ In scd̄a pte dicit ꝙ tria sunt iuuamēta pāniculoꝝ. Primuꝫ est custodire summa mēbroꝝ. i. partes suas extremas in sua figura ⁊ factura. i. modo plasmationis. Et h̄nt hic quidam libri loco de summa eorum: vnūqd̄qꝫ eoꝝ: ita ꝙ eoꝝ lr̄a talis est. Ex qbus est vt vnūqd̄qꝫ eoꝝ in sua figura ⁊ factura custodiāt. Mēbra u͛o qbꝰ pāniculi tales necessarij sunt: sunt mēbra mollia fluxui parata: sicut cerebrum spinalis medulla ⁊ humores oculoꝝ cristallinus vitreus ⁊ albugineus. Secundū iuuamentum est suspendere. i. suspensa tenere ea mēbra que suspēsione indigēt: ⁊ annectere seu colligare ipsa alijs corporibus. Et id faciunt pāniculi mediantibus neruo ⁊ ligamento diuisis in fila ex quibus cōtexunꝰ: sicut renes suspendunꝰ a dorso per panniculum qui cooperit eos. Et de isto iuuamento dicit auer. scd̄o colliget ca. 8. ꝙ est magis proprium ligamentis: ⁊ ꝙ iuuamentum panniculi positi supra ventrem est de specie huius iuuamenti: eo ꝙ ꝓhibet intestina egredi ex ꝓprijs locis: sicut accidit herniosis. Tertium est vt membra non habentia sensum s̄m suam propriam substantiam habeant per panniculos superficiem sentientem sui essentia idest per se: que superficies sentit illud ꝙ occurrit ei per seipsam sicut alia membra sensitiua sentiunt sensibilia eis occurrentia. Et accidentaliter sentit illud qd̄ accidit in corpe ꝯtento in pāniculo. Et intellige per superficiē sentientem ipsuꝫ pāniculū vel ptes ipsius supficiales. Et itellige ꝙ illa sentit sui essentia. i. ꝑ neruū q est pars sb̄e eius. Non. n. est imaginandū ꝙ illa superficies sic sentiat per essentiam ꝙ ipsa sit suus actus sentiendi: mēbra vero que sensu carent in ꝓpria sb̄a ⁊ participant aliquo sensu ꝑ suum panniculum sunt sicut pulmo ⁊ epar ⁊ splen ⁊ renes. Et iter hec ēt numerat. G. cor vt supra memoratū est: hec. n. non h̄nt neruos in seipsis quibus sentiant ⁊ nihil in eis est quod sentiant percussionem ipsis occurrentē nisi panniculus ea cooperiens. Et cum in dictis membris accidit ventositas aut apa distendēs ea sentitur ꝑ panniculum: ventositas quidem accidentaliter sentitur: qm̄ extendit mēbruꝫ ⁊ extendendo cōprimit panniculum. Apa vera ⁊ appensionem eius siue pondus sentit principiuꝫ panniculi: vꝫ pars ipsius superficialis que est intra versus membrum: ideo ꝙ membrum in quo est apa laxatur. i. deprimitur grauitate: ⁊ dicitur cōiter hec sensatio dolor grauatiuus. ¶ Queritur primo cū pāniculus sit membrū etherogeneū compposituꝫ ex arterijs venis neruis ⁊ ligamentis cur hic inter consimilia numeraꝰ. Dic vt prius de chorda dictuꝫ est ꝙ panniculus est similis sb̄e s̄m sensum vel iudicium visus. ¶ Queritur s͛o q̄re silet hic prin. de iuuamento principali pāniculi qd̄ est defendere membruꝫ qd̄ in eo continetur ab extrinsecis occurrentibus. Et de alio iuuamento qd̄ est diuidere partes a ptibus vbi oꝫ: sicut diafragmatis iuuamentuꝫ est diuidere mēbra vitalia a nutritiuis. Et iuuamentum panniculi mediastini pectoris est diuidere partem pectoris dextram a sinistra vt nocumenta partis vnius nō cōicentur ilico parti alteri: sed per eam fiat operatio. Et de alio iuuamento qd̄ ē ꝯfortare calorē in mēbris que sunt post pāniculū quale est iuuamentum zirbi stō. Et de alio iuuamēto qd̄ est ꝯtinere spūs vitales donec fiant aīales quale ē iuuamentū retis mirabilis. Et de iuuamento firmandi iūcturas quale est panniculoꝝ tegentiū iūcturas. ¶ Ad hec ⁊ silia dic primo ꝙ iuuamentū defensionis membri ꝯtineꝰ sub illa clā descriptionis panniculoꝝ alioꝝ corporū superficies cooperientia. Nā cooperiendo defendūt a nocumentis exterius occurrentibus. Dic s͛o ꝙ h̄ agiꝰ de pāniculis q vestiūt ⁊ ꝯtinent alia mēbra non de his q diuidunt. Vel dic ꝙ panniculi diuidentes sub defendentibus cōprehendi p̄nt eo ꝙ defendunt nocumentū ptis vnius ad aliam transire partem. Dic tertio de zirbo ꝙ non prebet iuuamentū confortationis caloris principaliter ex sua sb̄a pānicularī: sed ex eius pinguedine. Dic quarto ꝙ iuuamentū retis mirabilis in continendo spm̄ vitalem donec fiat animalis non procedit a reti s̄m ꝙ ipsum est panniculus: sed ratione inuolutionis arteriaruꝫ ex quibus contexitur. Dic q̄nto ꝙ iuuamentū firmandi iūcturas fit a panniculis rōne ligamentoꝝ. Et ēt reduci pōt ad primū iuuamentū qd̄ est custodire membra in sua figura ⁊ factura: nam prohibent ossa a dislocatione.

¶ Postea[a] est c[aro] que ē locoꝝ vacuorū ipletio q̄ i hoꝝ mēbroꝝ situ i corpe existūt ⁊ ipsoꝝ fortitudo q̄ sustētat. ¶ In vnoquoqꝫ[b] vo mēbro est ṽtus nālis q̄ ei res nutrimēti cōplet. Et hec qdē ē nutrimētū[c] attrahere ⁊ retinere ⁊ assimilare[d]

a ¶ Postea est caro ⁊c̄.] ¶ Hic per carnez possumus intelligere carnē glandosaz ⁊ que est pars lacerti: ⁊ carnē sensitiuā: lꝫ in eis sit alius finis: ⁊ dedit intelligere per hoc ēt pinguedinez: ⁊ forsan ꝙ non dixit de ea q: nō est veruz mēbruz. Hic aūt cōsidera ꝙ dicit Arist. 2. de gn̄atione aīaliuꝫ. 14. ca. ꝙ natura facit sicut pictor: qui ligneat primo figuraz: ⁊ postea replet illaz.

b ¶ In vnoquoqꝫ vo mēbro; cū diuisit mēbra in ꝯsimilia ⁊ arganica diuisione sumpta a cōplexione siue cōpositione: ⁊ post posuit notificatiōez organicorum; hic vult ponere diuisionē mēbroꝝ ex pte virtutuz: ⁊ pmo oñdit que sunt virtutes in quibus oīa mēbra cōicant: ⁊ ꝯo quomodo post hoc accidit diuersitas: ⁊ sic diuisio membrorum sibi ꝯa [Et post hoc] Considerandum ꝙ per virtutez naturalem intelligimus virtutē qua mēbrū se ipsum per nutrimentuꝫ cōseruat: ⁊ iō dixit qua ei res nutrimenti ꝯplet: q: nō est veruꝫ ꝙ in vnoquoqꝫ mēbro sit virtus nālis qua aliq̄ res nutrimēti cōpletur. Sꝫ hec virtus est in mēbris agētibus cōe offm̄ mãe nutricalis vt stōus ⁊ epar vt hoc cōe officiuꝫ agūt: tn̄ qꝺcūqꝫ mēbruꝫ ⁊ q̄cunqꝫ ps mēbri hꝫ virtutez nālez qua cōplet sibi ipsi rē nutrimēti. i. qua se ipm ꝯseruat ꝑ nutrimētuꝫ. Cōsiderandū. 2. ⁊ hoc quidem. s. complemētum rei nutrimenti.

c ¶ Nutrimētum attrahere. q. d. he sunt operationes istius virtutis nālis ⁊ cōplerem nutrimenti. s. attrahere ⁊c̄.

d ¶ Et assimilare: pōt exponi dupliciter: primo assimilare vt dicit actū vnuꝫ nutricationis de actibus tribus: ⁊ tūc dat intelligere actū appositiōis: ergo innuit. 3. actus nutricationis. s. appositionē assimilationez ⁊ vnitionez: ex quibꝰ tribus integraꝛ opatio que dicitꝛ nutricatio vt infra apparebit: ⁊ ꝯm hanc expositionez ēt Auic. dedit intelligere opationē digōnis: vt dicaꝛ ꝙ rez nutrimēti cōplet vel facit virtus nālis in vnoquoqꝫ mēbro quattuor opationibus quatuor virtutuꝫ ministrantiuꝫ. s. attractiue retentiue: digestiue ⁊ expulsiue: ⁊ tribꝰ ꝑticularibus opatiōibus que sunt actus virtutis nutritiue ministrate. s. appositione vnitione ⁊ assimilatōe: ⁊ abbreuiauit hoc Aui. hic: ꝯpans ꝓlixe infra declarare ista: alio mō pōt exponi: ⁊ assimilare. i. digerere: q: digestio ꝑparatiua in vnoquoqꝫ mēbro pōt dici assimilatiua q: disponit nutrimētū ad nutricationez: tangit ergo explicite quattuor opationes quattuor virtutuꝫ ministrantiū ⁊ tangit vnū opus principale de tribus opationibus nutritiue. s. vnitionem q̄ est substantialis trāsmutatio ⁊ illa est ꝓncipalior opatio de tribus: vt notuꝫ est. Dubitatur vtruꝫ in vnoquoqꝫ mēbro fuerit necꝰ esse virtutez nālez qua ei cōpleatur res nutrimenti: attractione retētione ⁊c̄. vr̄ ꝙ nō: q: cutis est membrū ⁊ nō hꝫ virtutez expulsiuaꝫ: vt Gal. 2. de accidenti ⁊ morbo ca. 5. alibi. 14. Amplius nature siue forme entiuꝫ iperfectoꝝ vt inaīatoꝝ pn̄t cōseruare sua subā absqꝫ re nutrimenti: ergo multo magis forma perfecta que est aīa poterit ꝯseruare vnūquodqꝫ mēbruꝫ absqꝫ re nutrimēti. In ꝯrium est Aui. ⁊ Ari. ēt. 2. de aīa. Hic est rn̄sio Ant. cum suo rōcinio vsitato oībus: ⁊ est ꝙ in corpe aīalis est cor ꝙ est oīuꝫ opationuꝫ principiū: quas non poterat ꝑficere sine organis. i. mēbris: quare gn̄auit sibi alia mēbra: ⁊ fecit illa aīata: q: si eēnt inaīata: tūc forme intrinsece corporis. s. aīe esset organū extrinsecū. s. mēbra inaīata: cor aūt generans mēbra aīata nō dedit eis oēꝫ potētiam aīe: q: tunc alia mēbra essent eque prima sicut cor: ⁊ tunc indigerēt organis: ⁊ sic in infinituꝫ: dedit ergo cor membris aliq̄s potētias aīe: sꝫ nō dedit posteriores. i. sensitiuas ⁊ motiuas: q: tunc dedisset priores. s. nutritiuas: ⁊ sic seq̄retur idē conueniens: dedit ergo mēbris soluꝫ virtutes aīe priores. i. virtutes nāles nutritiuas: vnūq̄dqꝫ ergo mēbruꝫ hꝫ virtutes istas nāles nutritiuas: ⁊ per illas in suo esse ꝯseruari hꝫ: tn̄ cū hoc egent mēbra ꝯtinuo influxu caloris a corde: cum cor oīa mēbra generauerit sibi adnata: sicut stipes plāte generat ramos: ⁊ cōseruat ramos per ꝯtinuū influxuꝫ: format ergo Antoratione sic: illa virtus est in vnoquoqꝫ membro per quam mēbra cōseruanꝛ in esse: sꝫ per nālem virtutez est hoc: hoc rōciniū An. apparebit esse nihil posterius. Hoc aūt vt apparet non satisfacit q̄sito. Nos dicamus manifestum esse ꝑ se ꝙ aīa est nobilior forma terrena: ⁊ ꝙ aīa aīalis est nobilior forma al's aīa ⁊ ꝓprie aīalis ꝑfectioris opatōis. Scḋo dicamus ꝙ aīa ⁊ ꝓprie nobilis idiguit in suo subiecto quodā igne: q: vita est ꝑticipatio aīe in illo igne: vt Arist. dicit in de morte ⁊ vita. Et nos. s. dedimus cāꝫ: ignis aūt nō pōt ꝑdurare si nō habꝫ alq̄d ꝙ ꝯtinuo cōburat: g̃ ꝯtinuo ab aīalibus ⁊ sic a plantis (lꝫ minus) fit resolutio: q̄re nō ꝑdurarent in esse: nisi eēt ṽtus nutritiua: ⁊ hec sunt dicta auer. in theorica cāticoꝝ ca. de cibo ⁊ potu: cōmē. i. ⁊ alia dicit q̄ hic afferre potes. Tertio dicamus ꝙ si forma nobilis q̄ est aīa potuisset inueniri in mā durissima nō euaporabili: sꝫ tali q̄lis est lapis vel aliquod metallū: nā fecisset illud: cū semper faciat ꝙ melius est sꝫ ipossibile fuit imo: aīa fuit forma ꝑficiens māꝫ igneā ⁊ aereā ⁊ per hoc hn̄tez intrinsece euaporatōez: ⁊ māꝫ euaporabilez: ⁊ ꝑꝑ ea aīatis fuit indigentia cibi ⁊ ṽtutis cōplentis rez eius. Ad ꝯria: ad ꝓmū dōm: ꝙ cutis extra dicta ymen nō hꝫ ṽtutes: q: nō est verū mēbrū. Aliq̄ dn̄t ꝙ cutis hꝫ expulsiuaꝫ supfluitatū ꝓpriꝫ nutrimēti ad extra: sꝫ nō hꝫ expulsiuaꝫ cōeꝫ: nec hꝫ expulsiuaꝫ adintus. Ad ꝯꝫ dōꝫ negādo ꝯn̄aꝫ vt appet ex dictis. Dubitatur ꝯo vtrū iste q̄ttuor ṽtutes. s. attractiua retētiua digestiua ⁊ expulsiua: ⁊ quinta cū eis. s. nutritiua possint esse in vno mēbro: vr̄ ꝙ non: q: vnius mēbri est vna opatio: g̃ vna ṽtus: an̄s ꝓbaꝛ: q: vnius mēbri est vna cōplexio: ꝓbaꝛ ēt ꝑ haly. in tegni trac. 2. cōmē. 26. Amplius cuius est vna cōplexio eius est vna ṽtus q: ṽtus in cōplexione fundaꝛ vt haly. trac. 2. cōmē. 26. Amplius contraria non possunt eē in eodē: sꝫ attractio ⁊ expulsio sunt ꝯtraria. In oppositum est aui. ꝓbaꝛ cōiter ꝙ in vno quoqꝫ mēbro ⁊ vnaquaqꝫ ꝑticula formali mēbri sint iste q̄ttuor virtutes: vel. 5. ꝓmo q: inuenimus aliquid ad oēꝫ ꝑticulaꝫ mēbri attrahi ⁊ retineri ⁊ digeri ⁊ cōsubstātiari illi ⁊ illius supfluitates expelli: ergo erūt virtutes agētes has opationes: ꝯo q: iaꝫ ꝓbatuꝫ est ꝙ vnaqueqꝫ ꝑticula indiget nutrimento: sꝫ nutrimētuꝫ cum non sit pn̄s indiget attrahi: ⁊ cum non sit simile indiget digeri: ⁊ cū digeritur dꝫ retineri: ⁊ q: que digeruꝛ emittunt superfluitatez in hora digestionis opꝫ superfluū expelli: ⁊ iuuatiuū mēbro vniri: quare in vnoquoqꝫ mēbro sunt he virtutes: ad oñdenduꝫ aūt qualiter opationes iste ꝯtrarie ⁊ diuerse pn̄t fieri ab vna ꝑticula hn̄te vnaꝫ cōplexionē in actu notat Ant. ⁊ oēs sequuntur eū ꝙ in cōplexione mixti saluantur quattuor q̄litates ⁊ nō sunt oīo corrupte: q: alr̄ fit mixtuꝫ ex elemētis: ⁊ alr̄ elemētuꝫ ex elemēto. i. aliud est mixtio ⁊ aliud ē gn̄atio: in vna g̃ cōplexione sunt q̄ttuor q̄litates: virtus

Jacobus De partibus

¶ Postea est ⁊c̄.] ¶ In hac pte nona que est de carne tangit ꝓn. duo iuuamēta carnis. Primum est implere loca vacua corpis que circūstant dictis mēbris simplicibus ꝯmaticis in suis sitibus ⁊ colligantijs: ⁊ hoc ibi tangiꝛ. Que est locoꝝ vacuoꝝ ipletio. i. res implens loca vicina predictis nihil solidi ꝯtinentia sed aerem solum. Solemus eniꝫ vocare loca vacua que solius aeris sunt cōtentiua: nec aliter est dare vacuum: que. s. loca existunt in corpe in situ horuꝫ mēbroꝝ. i. iuxta mēbra predicta. Scōm est eē fortitudinē. i. robur vel fulcimentum quo sustentanꝛ mēbra alia iaꝫ dicta. ¶ Attende primo: quadruplicē esse carnis spēm. Una est caro simplex in gingiuis ⁊ circa lumbos ⁊ in capite virge reperta. Alia est caro glandulosa inuenta in testiculis māmillis ⁊ radice lingue. Tertia est caro musculosa seu lacertosa que neruo imixta constituit musculum. Quarta est caro confusa qualis est caro pulmonis cordis epatis splenis ⁊ renū. ¶ Attēde. 2. ꝙ lr̄a pn̄s principalr̄ intelligiꝛ de carne musculosa de qua dicit. G. 2. cōplonuꝫ ca. 3. ꝙ est sba q̄ vere ⁊ ꝓprie noiaꝛ caro. Ista nāqꝫ caro replet loca circa neruos in fila diuisos ⁊ roborat neruos illos qui cuꝫ ipsa musculos faciūt. ¶ Attende. 3. ꝙ istius carnis alia iuuamēta cōmemorat. G. i. de iuuamītis mēbroꝝ. c. 3. auct. Plato. dicēs. Et dictū ē in libro thimei ꝙ caro ē in toto corpore ad cooperiendū sicut si quis cooperiat se a frigore: ⁊ ꝓpter custodiam a casu quoniam cedit rebus occurrentibus. Et ipsa ꝓpter hoc quod est in ea de humiditate mediocri infrigidat corpus in estate per illud qꝺ exit ab ea ex sudore ⁊ vapore. Et calefacit frigus in hyeme perueniens ad interiora. Hec eadem cōmemorat ⁊ declarat primo de vtilitate particulaꝝ ca. 13. dicens. Ait enim Plato in thimeo. Carnez aūt defensoriuꝫ quidē estiuuꝫ defensorium autem ⁊ hyemale. Adhuc autez et casuuꝫ sicut pressibilez rez corporibus molliter ⁊ suauiter cedentez decet esse calidaꝫ ⁊ humiditatez intra se habere: estate quidez resudantez ⁊ humectantem: ab extra vero infrigidationē ꝯm totuꝫ corpus ꝓpriaꝫ prebere. Hyeme vero ecōtra ad instar ignis ab illata abextra ⁊ circūstante frigiditate tueri moderate. Quoniam aūt velut defensorium quibusdaꝫ pressilibus rebus similium est caro non indiget sermone: apparet enim ita ⁊ ꝙ calidam in se ipsa habet eam que ex sanguine humiditatez. Contra probat ibi per similitudinem cum balneo ꝙ caro in hyeme calefacit ⁊ in estate infrigidat dicens. Quoniaꝫ aūt omnis calida moderate humiditas qualis est ea que carnis prodest equaliter in vtrisqꝫ moderationibus. s. frigiditatis ⁊ estus nequaq̄ꝫ similiter multi concedunt. Sꝫ siquidem primo balneorū meminero virtutis: deinde aūt ⁊ ipsaꝫ rei naturaꝫ exposuero forte credent. Neqꝫ ita aliquid infrigidare magis sufficiens estu valido occupatos neqꝫ calefacere promptius magna frigiditate affectos inueniet quis preter balneum. Balneū eniꝫ humidum natura existens ⁊ moderate calidūꝫ: humiditate quidez eam que ex caliditate rorat siccitatē: caliditate vero rursus eam que ex gelu sanat frigiditatem. ¶ Attende quarto ꝙ Auer. 2. colliget ca. 8. de iuuamentis carnis duas enumerat carnis species musculosaꝫ scilicet ⁊ glandulosam. Et auctoritate Arist. dicit has habere iuuamentū aliud a iam narratis. s. esse instrumenta sensus tactus. Et dicit ꝙ neruus seruit i hoc carni ꝑpando spm̄ sensus. Ait. n. ibidem auer. Et arist. dicit super has duas ꝙ sunt instrumēta sensus tactus proprie cuꝫ eo stantia sicut stat oculus cū visu. Et demonstrat hoc: q: sensus simplex non imutaꝛ nisi a corpore simplici. Et ꝙ neruus ē seruitor carnis in hac apprehensione ad temperandū spm̄ sensus q̄ imittitur a corde ⁊ ista temperamenta necesse est vt medicus a nobis recipiat. Hec Auer. Consequēter i dicto. c. narrat spāliter iuuamenta carnis tam musculose q̄ꝫ glandulose dicēs. Sed vna species carnis quam dixit Gaꝛ. musculosam est vnum ex mēbris officialibus: ⁊ in illo est virtus primi motoris ꝑꝑ qꝺ illud est id quod mouet ex se per hanc virtutem ⁊ non mouetur ꝑ aliud mēbrum qꝺ moueat ipsum. Sꝫ caro spongiosa inguinum ⁊ subascellarū est facta ꝑꝑ expulsionem superfluitatum. s. vt recipiat superfluitates sibi transmissas a corde ⁊ epate. Tandē ibi superaddit iuuamenta carnis plurime dicens. Et non est multū ad credēdū longinquū ꝙ multa ex carne non sit facta nisi ad implendū illa loca vacua et defendendum. ¶ Sed queret aliquis quō potest esse caro fortitudo qua sustētantur alia membra iam dicta cum ipsa sit eis mollior ⁊ tenerior indigens potius ab eius sustineri q̄ꝫ sufficiens ea sustinere. Juxta illud Ga. 6. aph. aph. 49. illo. Quecunqꝫ podagrice egritudines fiūt natura carnis rara est ⁊ tenera humiditati vicina. ¶ Attende pro solutione ꝙ fortitudo sustentans alia mēbra dupliciter est. Unomodo per viam soliditatis ⁊ firmitatis: ⁊ hoc mō dicūtur ossa fortitudo qua sustentantur alia membra. Alio modo ꝑ viam culcitre vel fulcimenti vel tegumenti cedentis opprimentibus exterius. Unde prohibet ea que continet a fractione sicut lana fenum ⁊ stramina mollia prohibēt frangi vitra ⁊ fictilia quibus circūponuntur. Isto modo caro est fortitudo qua sustentatur alia membra. ¶ Queritur secundo. Cur determinando hic de mēbris similibus siluit de adipe ⁊ pīguedine ⁊ medullis ⁊ villis ⁊ pilis ⁊ vnguibus ⁊ spiritibus ⁊ humoribus cum hec omnia videantur esse partes corporis consimiles. Dic breuiter ꝙ hec omnia demptis villis non sunt mēbra proprijssime dicta nec partes hominis: ita ꝙ habeant in se animā subiectiue velut formam exercentem opera eorum. De villis aūt dic ꝙ sunt multiplices ⁊ eoꝝ quilibet reducitur ad mēbri genus a quo descinditur: sicut villi venarum ad venas: neruorum ad neruos ⁊ ligamentorū ad ligamenta. Juxta illud G. secundo de complexionibus. c. 3. Uillus nāqꝫ qui est in lacerto non est nisi ps nerui ⁊ ligamentorum. Sed villus qui est in corde est ei proprius quēadmodum villus corporis arteriaruꝫ ē eis proprius. Et villus corporis venarum est eis ꝓprius. Et villus corpis intestinoꝝ intestinis ⁊ villus stōi stō ⁊ villus corporis matricis matrici ⁊ villus corporis vesice vesici ⁊ villus corpis fellis felli.

In vnoquoqꝫ ⁊c̄. ¶ In hac parte secunda principali huius. c. que est de diuisione membrorū penes eorum virtutes primo tangitur ipsa diuisio cum annexis i littera presenti. Secundo agitur de inuentione vel non inuentione membrorum diuidentium ibi [De mēbri autē.] Prime ptis sunt tres ꝑticule. Prima tangit vnum in quo ꝯueniūt oīa mēbra. Scḋa diuidit mēbra duabus bimēbribus diuisionibus ibi [Et post h̄ qdē.] Tertia elicit ex alijs q̄drimēbrē diuisionē hic intentā ꝓncipalr̄ ibi [Cū ergo.] ¶ In. 1. pti. dicit ꝓn. ꝙ in quolꝫ mēbro ē virtus nālis ꝑ quā res nutrimenti. i. operatio circa nutrimentum cōpleꝛ. Et hec res est attrahere nutrimentum idest attractio nutrimenti. Sub qua intelligere appositionem nutrimenti ad membra que est prima opatio nutritiue virtutis ⁊ retinere nutrimentū scilicet donec digeraꝛ. Et assimilare sub quo intellige digestionē ⁊ assimilationē proprie dictaꝫ que est tertia opatio nutritiue ṽtutis Et vnire. i. inuiscatio nutrimēti ad mēbra que est scḋa opatio nutritiue ṽtutis quā postponit ꝓnceps tertie ꝑꝑ ea ꝙ tertiaꝫ noīauit noīe i portante primam ⁊ secundam

virtus ergo mēbri qñ volet attrahere vteꝛ calido vt est vincēs frigiduꝫ: ⁊ qñ volet expellere vteꝛ humido vt est vincēs siccū: ⁊ qñ volet retinere vteꝛ sicco vt est vicēs humidū. Hec declarat signo q: qñ volumus cōfortare mēbri attractiuā: calefacimus: qñ retētiuā: exiccamus: qñ expulsiuā: humectamus. Sicut artifex cū vno instrumento vt malleo malleat ⁊ incidit: ⁊ credo ꝙ velit dicere Ant. ꝙ lꝫ malleus sit vnū instrūꝫ actu: tñ plures hꝫ ptes qbus agit: sicut planicies malleat: acutuꝫ incidit.

¶Contra partem secundam in qua bis asseritur ꝙ medulla est nutrimentū ossium concauorum.Jnstatur primo de medulla spinali que non nutrit spon/diles cum sit eis dignior ⁊ panniculis circumuoluta ne tangatur ab eis. Se/cundo medulla est superfluitas nutrimenti ossium.Juxta illud Aristotelis.2. de partibus animalium capitulo.6.Jam ergo declarauimus causam propter quam est medulla in ossibus ⁊ ꝙ est superfluitas cibi sanguinis ex quo ciban/tur ossa ⁊ spine animalium.Non igitur est ossium cibus. Tertio medulla est calida ⁊ humida aerea:ossa vero sunt frigida ⁊ sicca terrestria sed nutrimen/tuz coniunctuz debet esse simile nutrito.Quarto medulla nec est humor quia neqz sanguis neqz phlegma ne cholera neqz melancholia:nec aliqua secūdaꝝ humiditatum qꝛ neqz humiditas innominata neqz ros neqz cambium neqz gluten ergo non nutrit.Quinto oportet in nutrimento ossiuz esse magnā me/lancholie partē.Dicit enim prin.auctoritate Gal.c.primo doctrine quarte hu/ius fen.Os nāqz carne durius nō existit nisi qꝛ sanguis cui substātia dura me/lancholica fuit admixta ipsuz nutriuit:sed medulla nō est dura melācholica: īmo mollis aerea. ¶Ad primū dic ꝙ spinalis medulla est membrum dignius spondilibus ⁊ origo motiuorum neruorum ⁊ nō est eiusdez rationis cū medul/la in ossibus contenta ideo de ea conceditur ꝙ nō nutrit ossa. Ad secūduz dic ꝙ medulla partim est cibus ossium partim superfluitas . Juxta illud prin.2. de partibus aīalium.c.6.Et medulla est sustentamentū ossis ⁊ superfluitas ci/bi ossis que conuertitur intra in expressione.Et est etiam cibus ad os:⁊ nō est mirum hoc qꝛ medulla cū est multa poterit ex ea ꝯuerti quid ad cibuz ⁊ quid prohibere ossa a superflua ariditate humectando per viā roris. Uel dic ꝙ me/dulla est superfluitas in quanto nō in quali sm has eius partes quibus actu non indiget os ad sui nutritionez.Uel dic vt plus alijs placet ꝙ medulla nu/trit ossa nutritiōe refocillatoria sicut chilus stomachū ⁊ ros mēbra. Galienus tamen sentit ꝙ medulla nutrit ossa:vnde dicit vndecimo de vtilitate particu/larum capitulo decimooctauo.Demonstratum enim est in naturalium virtu/tum sub memorationibus qm̄ medulla est familiaris cibus ossium.Ad tertiuz dic ꝙ medulla nō est adhuc nutrimētuz ossi ꝯiunctū donec ossis sb̄am fuit in/gressa.Et sunt in medulla ptes aeree qbus os humectatur ⁊ p quas restaurā/tur ptes ossis subtiliores deperdite.Nā paꝝ de terrestribus ab ossibus dissol/uitur propter eaꝝ duriciez.Sunt etiā in medulla partes alique terrestres que cedere possunt in ossis subām. Uel dic vt prius ꝙ nutritio ossis a medulla est refocillatoria. Ad quartū dic ꝙ medulla est sanguis dealbatus ⁊ inspissatus. Juxta illud Aristo.scdo de partibus aīalium.c.6. Medulla autem est nature sanguinee.Ad quintum dic sicut ad tertium.

c ¶Oia vo ⁊c.] ¶In hac pte.3.q̃ est de vicinitate ⁊ modis ꝯiũctionis ossiũ pͦtãgit pn.hĩtudinẽ ossiũ adinuicẽ in vicinitate ⁊ h̄ in hac p te. Scd̃o tangit tres modos ꝯiũctõis ossiũ subdiuidẽs tertiũ moduz ibi [Uicinitates vo.] Tertio exequit̃ de modis illis declarans eos ibi [Et iunctura quidem laxa.] ¶In pͣ pti.dicit tria. Primũ est ꝙ oĩa ossa sunt vicina ⁊ ꝯiuncta sꝫ.i. tota cõgeries ossiũ corpis est sic colligata ꝙ inter nullũ os ⁊ id qd̃ seqtur ipsuz est magna distantia. Eiusdẽ sñie meminit arist.3.de nã aĩa. 7.ca.dicens. Ossa vo que sunt in corporibus aĩaliuz sunt ꝯñtia adinuicẽ ⁊ ꝯiũctio eoꝝ est composita q̃m quedã eoꝝ applicant̃ quibusdaz ⁊ non põt os soluz esse p se in aliq̃ mẽbro. Et cã huius ẽ spãliter in hoĩe q: nisi ossa oĩa essent adinuicez cõcathenata nõ posset hõ stare erectus. ¶Sꝫ instabit aliqs p̃mo de osse quod est in medio cordis. Scd̃o de osse laude qd̃ est in gutture. Ista qdẽ in suis membris p se sola sunt nõ ꝯiuncta alijs. Dic si vis ꝙ nõ sunt ossa pfecta sꝫ velut cartilagines. Uel dic ꝙ in corde hoĩs cuiͦ ossibus est sermo nõ est os. Et os gutturis est alligatuz inferiori mãdibule. Scd̃m est ꝙ inter aliq̃ ossiũ est spatiũ paruũ ⁊ illud spatiuz implet̃ p laguahic cartilagiosa vł sĩlia cartilaginibus q̃ facta sunt pp eãdẽ vtilitatẽ pp quã cartilagines sunt facte.s.vt p ipsa melior fiat iũcturarũ se adinuicẽ fricãtiũ vicinitas ne sua duricie rũpant̃. Et hec vtilitas dicta est inesse cartilagini in p̃ncipio p̃cedentis ca. Et sunt laguahic teneritates adherẽtes extremitatibus quorũdaz ossiũ in ꝯiunctione eoꝝ adinuicẽ ne motu ꝯfricatiuo forti ⁊ frequẽti ossa sese cõminuant. Et est laguahic nomẽ arabicum ⁊ interp̃tat̃ latine q̃ posterius sequunt̃.i.q̃ extremitatibus ossiũ adherẽt: ⁊ est plurale q: nunq̃ʒ repit̃ hec teneritas ossis in iũctura in extremitate vnius ossis: qn sit alia sibi opposita in extremitate alterius: ⁊ in h̄ differunt laguahic a cartilaginibus. Et dicit notãter pn. vel cartilaginibus sĩlia q: laguahic sunt paulo duriora cartilaginibus ⁊ quasi media inter ossa ⁊ cartilagines. Et reperiuntur cõiter in iũcturis ossiũ multi motus vbi gibbositas vnius intrat alterius ꝯcauitatẽ sicut in iunctura ossis adiutorij cũ osse spatule ⁊ in iũctura ossis coxe cũ osse anche. Tertiũ est ꝙ in iũctura ossiũ vbi nõ est curandum de iuuamento illo qd̃ p̃stant laguahic.s.ne ossa se cõminuant iũctura inter ossa fuit facta sine laguahic sicut in mãdibula inferiori. ¶Attẽde h̄ primo ꝙ mãdibula inferior ex duobus ꝯstat ossibus in mẽto adeo fortiter ꝯiũctis ꝙ vix appꝫ eoꝝ iunctura. Et diuisa est hec mãdibula in duo pp eãdez cãm pp quã ⁊ totũ corpus in duo diuisuz est dextrũ.s.⁊ sinistrũ vt si nocumentũ vni pti accidat non ilico toti cõicet̃ ⁊ nõ diuisa est in plura duobus ne faciliter rũpat̃. Juxta id.G.11.de vti.pti.c.2. Inferioris vo gene os vnã hꝫ solaz in ipso diuisionez nõ oĩno manifestaz sꝫ extremitatez barbe quaz ppea ꝙ didimũ est corpus ppea dicebamus fuisse factã. Reliq̃ vo tota alterutrinq̃ʒ eius pars nullaz hꝫ ꝯiunctionẽ cauẽte vt puto nã ad multa ossa frãgere iferiorẽ genaz vt nõ facilr̃ sꝫ vehemẽtes motus dissoluat̃ ⁊ cõterat̃. ¶Attẽde.2.ꝙ q: in dicta ꝯiunctõe ossiũ mãdibule iferioris vnũ os nõ subĩtrat aliud: nec extremitas vnius mouet̃ in extremitate alterius: ita vt se possint inuicez cõterẽ: iõ inter ea nõ fuerũt posita laguahic seu cartilaginose extremitates: sed fortissime inuicem sine medio iuncta sunt. ¶Uicinitates ⁊c.] ¶In scd̃a pti.p̃mo distinguit pn.tres mõs iũcture ossiuz s.laxuz ⁊ strictũ ⁊ mediũ. Et subdiuidit strictũ in mõz iũcture fixuz ⁊ modrusi ⁊ mulsach dicẽs ꝙ vicinitates seu iũcture existentes inter ossa sunt multis modis. Nam q̃daz sunt ossa quoꝝ vicinitas est vicinitas iunctre laxe.i.que cõiungunt̃ inuicem iunctura laxa. Alia sunt quoꝝ vicinitas est vicinitas iũcture non multum laxe nec nimis stricte: sed coniunguntur iunctura media inter laxam ⁊ strictam. Alia sunt que ꝯiunguntur iunctura multum stricta. Et hec iũctura multuz stricta diuidit̃ in tres.s.in fixã que claualis a qbusdã dr̃ ⁊ modrusi que fratilis appellari solet: ⁊ mulsach q̃ iterp̃tat̃ ꝯtinue cõnexa. ¶Attẽde h̄ p̃mo ꝙ ossiuz ꝯiũctiones diuersitates recipiũt penes figuras diuersas extremitatũ ossiuz. Naz q̃dã ossiuz hñt in aliquo suoꝝ extremoꝝ ꝯcauitatẽ quã ingredit̃ extremitas alterius ossis. Alia hñt gibbositatez in altero extremoꝝ. Alia hñt ex vna pte gibbositatẽ ⁊ ex alia ꝯcauitatẽ. Alia hñt ex vtraq̃ʒ parte cõcauitatem Alia hñt ex vtraq̃ʒ pte gibbositatẽ. Alia ex neutra pte. ¶Attẽde.2.ꝙ iũcture seu applicationes ossiuz adinuicẽ q̃tuplici de cã fuerũt institute. Primo gr̃a motus. Et iunctura pp id facta p̃prie dr̃ articulatio. Juxta id.G.12.de vti.pti. ca.1. Sꝫ articulatio qdẽ ossiũ est cõpositio gr̃a motus qui sꝫ ipetũ facta. Scd̃o gr̃a trãspirationis: vt inter ossa cranei fuerunt iũcture sutulares ⁊ nõ fuit vnicuz os ꝯtinuũ q̃tinus fieret liberior per cranei suturas trãspiratio fumoꝝ ⁊ vaporum ascẽdẽtium ad caput. Tertio gr̃a trãsitus alicuius per spacia inter iuncturas: vt in osse cranei fuerũt iuncture per quas trãsirent aliq̃ ad ꝯstitutionẽ pãniculi tegẽtis craneũ ⁊ subintrarẽt vene alique ad durã matrẽ. Quarto necessitatis diuersitatis ptiuz: vt inter ossa cranei q̃dã oportuit esse duriora q̃dã rariora. Duriora qdẽ q̃ magis casibus exposita sunt. Rariora vo p q̃ resolutio magis fieri solet. Quinto gr̃a infallacie ⁊ vix passibilitatis: vꝫ vt si nocumentũ vni ossiuz ꝯtigerit nõ statiz alteri cõicet̃. Et pp hãc cãz fuerũt arũdies duplicate ⁊ ꝯiũcte tã in brachijs q̃ʒ in tibijs. Et has qnq̃ʒ cãs coapplicatõis ossiũ tãgit G.c.18.lib.xi.de vti.pti.dicẽs. Rememorari aũt oꝫ rursus ⁊ h̄ eoꝝ q̃ antea dc̃a sunt de vniuersa ossiũ cõpõne. Aut.n.gr̃a motus aut trãspiratõis aut alicuiͦ trãsitus aut ptiũ diuersitatis aut ifallacie ⁊ vix passibilitatis coapplicatõ eoꝝ ẽ fc̃a. ¶Attẽde.3.ꝙ gr̃a multiplicitatis motuũ ⁊ habilitatis eoꝝ nã iũcturas laxas p̃ncipalr̃ opata est ⁊ gr̃a firmitatis ⁊ maioris securitatis opata ẽ strictas vbi.s. nõ ẽ opus tãta motuũ mł̃tiplicitate: vt iũctura adiutorij cũ osse spatule laxissima facta ẽ q̃tinus brachiũ moueri põt anͣ ⁊ retro sub sup̃ dextrorsuz ⁊ sinistrorsuz: ⁊ iũctura ossis coxe cũ osse ãche laxa ẽt facta ẽ sꝫ minus p̃dicta: q: pluri indiget fixiõe ⁊ paucioribͦ motibͦ. Juxta illud.G.12.de vti.pti.c.4. Ita nãq̃ʒ qui sꝫ humeꝝ ⁊ ꝯtebꝝ articulus sit̃ qdẽ rotũdͦ certitudĩalr̃ sit̃ aũt ⁊ laxus factus ẽ pp hoc vtiq̃ʒ circũduci pñt vlna ⁊ crus a cõprehẽdentibus articulationes musculis ⁊ magis deuiuz vlna q̃ʒ crus. Nã hec qdẽ est apprehensionis organũ: illud vo ambulationis. Et ppea illi quidez diuersitas motus est familiarior illi aũt ãbulatiõis infallacia. Et inde est ꝙ adiutoriuz facillime dislocat̃ a iũctura sua. Juxta illd̃.G.ibi. Et ppea magis oĩbus articulis occupat̃ excidẽtijs is qui est s̃m humeruz nõ ignorãte hoc nã: sꝫ vt dictum est multotiens iã añ: q: repugnat constructionis infallacitas multiformitati motus qd̃ vtilius est alterutri articulorum eligente.

¶Oia veroͨ ossa vicina sunt ⁊ ꝯiuncta neq̃ʒ inter aliqd̃ os ⁊ os qd̃ ipsum sequitur magnũ existit spatium. Inter aliqua tñ eoꝝ inuenit̃ spatiũ puuz qd̃ cartilaginosa implent laguabic aut cartilagibus similia: que pp iuuamentũ creata fuerũt pp qd̃ ⁊ cartilagines. Et vbi qdẽ de iuuamento illo nõ est curandũ iũctura inter ea sine laguabic facta fuit sicut ĩ mãdibula ĩferiori. ¶Uicinitates vo que inter ossa existunt multis sunt modis. Sũt.n.ossa quoꝝ vicinitas iũcture laxe est vicinitas. Et sunt alia quoruz vicinitas est vicinitas iuncture non laxe neq̃ʒ multũ stricte. Et sunt alia quoꝝ vicinitas iuncture multuz stricte est vicinitas fixe aut modrusi. aut mulsach. Et iũctura quidẽ laxa est cuius vnũ ossium suoꝝ suis motibus facile potest moueri ita ꝙ alliud os non moueat̃ sicut iũctura rascete cum asseid. ¶Et iunctura dura non valde stricta ẽ illa cuius vnius ossiuz motus per se non est facilis: neq̃ʒ est nisi qdam modicuz sicut iũctura que est inter rascetã ⁊ pectinẽ: aut iunctura que inter oĩa duo ossa pectinis. ¶Iũctura vero valde stricta est illa cuius nullũ ossiuz vllo modo p se moueri põt: sicut iunctura thoracis. ¶Et fixa qdez est cuius vnuz ossium hꝫ additamentuz ⁊ aliud hꝫ foramen in quo figitur illud additamentuz fixione in qua nõ mouet̃ sicut dentes in suis originibus. ¶Et almodrus quidẽ est cuius vnumquodq̃ʒ ossium habet vacuitates et dentes sicut serra: et dentes vnius taliter sunt preparati ꝙ alterius ossis vacuitates ingrediuntur quemadmoduz erarij eris tabulas componunt. Et hec quidem iunctura vocatur senen ⁊ derzen: sicut sunt iũcture ossiuz cranei.

¶Et iunctura qdez ⁊c.] ¶In tertia pti.q̃ est de executõe declaratiua mẽbroꝝ p̃dc̃e diuisiõis ⁊ sb̃diuisiõis sũt sex pti. In p̃ma declarat iuncturã laxã. In scd̃a mediaz ibi [Et iũctura dura] In tertia valde strictã ibi [Juncta vo valde] In quarta iuncturaz fixaz ibi [Et fixaz quidẽ] In quinta iuncturã almodrus ibi [Et almodrus quidẽ] In sexta iuncturam mulsach ibi [Et mulsach quidem] ¶In p̃ma pti.dicit pn.ꝙ iunctura laxa est illa cuius vnũ ossiuz põt facilr̃ moueri suis motibus absq̃ʒ hoc ꝙ aliud os cui cõiunctũ est moueat̃: ⁊ talis est iunctura rascete cuz assehid. Et per assehid ĩtellige duas arũdies seu focilia brachij: ⁊ sunt duo ossa gracilia oblonga que p̃tendũt̃ a cubito vsq̃ʒ ad initiũ pue manus. Et p rascetaz intellige octo p̃ma ossa pue manus iũcta sit̃ in duabus aciebus: ⁊ hãc vocat.G.carpuz lib.de vti.pti. Quia ḡ rasceta moueri põt facile sine h̄ ꝙ arũdies moueant̃ cuz qbus iungit̃.iõ dr̃ ipsius iunctura laxa. ¶Attende p̃mo ꝙ tria p̃ncipalr̃ opantur laxitudinẽ iũcture. Primũ est laxitas ligamẽtoꝝ ⁊ pãnicullorꝝ circũdãtium eã. Scd̃z est applicatio gibbose extremitatis vnius ossiũ cũ fouea alterius absq̃ʒ h̄ ꝙ multũ gibbose extremitatis inglutiat̃ a cõcauitate. Tertiũ est defectus marginũ circũligãtiũ iũcturas. Et tria ꝯ̃ria reddũt iũcturã firmã ⁊ strictã. Juxta illud.G.2.de vti.pti.c.15. Ubi.n.motus articulationũ fortibus ⁊ multis actibus famulari debebat: ⁊ timor erat ab earuz violẽtia exarticulationẽ aliquã fieri vndiq̃ʒ huius articulatio cõstricta est: ⁊ ꝯtinet̃ multis quidẽ ab extra colligationibus nõ grossis aut mẽbranosis solũ: sꝫ ẽt rotũdis ⁊ cartilaginosis coronata. Eminẽtias aũt que intrant in ꝯcauitatibus sit̃ qdez eq̃les eis vt nusq̃ʒ sit aliqd laxũ: simul aũt abextra ingressorijs qbusdã quasi labijs certitudinalr̃ huc detẽtas: vbi aũt gr̃a paucoꝝ actuuz ⁊ nõ violentoꝝ facta est articulatio ibi nã seu nil timẽs subtiles qdem ⁊ mẽbronosas colligationes: laxam aũt totam oĩno ossiuz opata est coordinationẽ: hec Gal. ¶Attẽde scd̃o ꝙ iunctura rascete cũ arũdinibus lꝫ hic laxa dicat̃: est tñ firmior ⁊ strictior iunctura adiutorij cũ spatula ⁊ minus apta ad dislocationez. Cuius cãz reddit Gal.c.statiz allegato dicẽs. Fortiores.n.⁊ plures actus agimus eã que sꝫ carpũ.i.rascetã ⁊ cubituz mouẽtes articulationẽ inde ⁊ infallaces facte sunt sꝫ ipsas applicatiões ossiũ ⁊ s̃m copulantes eos musculos nõ grossos solũ: sed etiã duros vndiq̃ʒ factos. Que vo s̃m humeꝝ est articulatio seu raro qdez fortes motus opans vt plurimuz vo aut oĩno exñs in ocio: aut absq̃ʒ violẽtia mota laxã qdez ⁊ ipsoꝝ ossiũ hꝫ cõpõnem. Adhuc aũt magis mẽbranoꝝ q̃ circa ea: neq̃ʒ.n.cartilaginosas.i. duras sic̃ cartilagines: neq̃ʒ ipsas grossas neq̃ʒ oĩno duras sꝫ sufficiẽter tenues ⁊ molles faciliter ad plurimũ extẽdi potẽtes nã fecit. In articulationibͦ vo q̃ s̃m cubitũ ⁊ carpũ nõ grosse solũ: sꝫ etiã dure quedã facte sunt colligationes vndiq̃ʒ ꝯtrahentes ⁊ p̃hibentes plurimũ abinuicez abscedere ⁊ distare ossa q̃ s̃m articulationes: quocirca q̃ʒuis plurimũ cogant̃ agere violenter: tñ minus occupant̃ exarticulationibus articulatione que s̃m humerum.

¶Et iunctura ⁊c.] ¶In s̃a pti.dicit prin.ꝙ iũctura dura nõ valde stricta ẽt illa cuiͦ vnũ ossiũ nõ facilr̃ mouet̃ p se.i.sine alio osse sibi ꝯiũcto: nec ẽ motͦ eiͦ sine alio nisi qddã.i.aliqd modicũ. Et de ista dat duo exẽpla. Primũ ẽ iũctura ĩter rascetã ⁊ pectinẽ. Quid aũt sit rasceta nup dictũ ẽ. Pectẽ vo manͦ sunt ossa 4.eiusdẽ aciei vel ordis que mediãt inter rascetã ⁊ digitos. Et dr̃ pectẽ lib.de vtili.parti.a.G.methacarpiũ. Scd̃z est iũctura q̃ est ĩter q̃cũq̃ʒ duo ossa pectis. ¶Junctura vo ⁊c.] ¶In.3.pticu.dicit pn.ꝙ iũctura valde stricta est illa cuius nullũ ossiũ põt vllo mõ moueri p se.s.sine alio vel alijs sibi ꝯiunctis. Cuiͦ exemplũ est iunctura thoracis in q̃ sunt septẽ ossa p̃tensa a furcula vsq̃ʒ ad os cartilaginosuz qd̃ abextra tegit orificiũ stomachi: ⁊ hec septez sunt ĩ medio pectoris s̃m nemerũ veraꝝ costaꝝ: ⁊ ꝯiungunt̃ dextrorsuz ⁊ sinistrorsum cũ veris costis iunctura valde stricta. Cõiungũtur ẽt inuicẽ s̃m sub ⁊ supra iũctura strictissima. Et he sunt descriptiões mẽbroꝝ diuidentiũ iuncturã. Sequũtur declarationes membroꝝ subdiuidentium iuncturam valde strictam.

¶Et fixa ⁊c.] ¶In.4.pti.dicit prin.ꝙ iunctura fixa est cuius vnũ ossiũ hꝫ additamentũ: ⁊ aliud hꝫ foramẽ in quo figit̃ illud additamentũ fixione in qua.i. s̃m quã nõ mouet̃ os infixuz a suo loco: nisi p accidens.s.moto osse in quo ẽ: p̃ sicut claui naui infixi mouent̃ p accidens mota naui: ⁊ ista iunctura dr̃ fixa p̃pterea ꝙ vnum suoruz ossiuz in alio figitur immobiliter. Et hac iuncture specie coniunguntur dentes omnes cum suis mandibulis.

¶Et almodrus ⁊c.] ¶In.5.dicit pn.ꝙ iunctura almodrus est illa cuiͦ vnũquodq̃ʒ ossiũ hꝫ dentes ⁊ ꝯcauitates ⁊ dentes vnius intrãt in ꝯcauitates alterius taliter ꝙ replent̃ vtrinq̃ʒ ꝯcauitates dentibͦ velut si duas serras sic inuicẽ applicares ꝙ oẽs ꝯcauitates vtriusq̃ʒ serre exñtes inter dentes serraꝝ replerent̃ dentibͦ. Et p hũc modũ erarij seu opifices circa es cõponere solẽt ex ere tabulas. Et hec iunctura dr̃ senen.i.serratilis ⁊ derzen.i.dentosa. Uex Auer.p̃mo collꝫ.c.3.vocat eaz derasi. Et dr̃ arabice modrusi ⁊ modrus ⁊ almodrus. Unde in synonymis Auicẽ.sup illo vbo almodrus scribit̃ ꝙ est iũctura ad similitudinez dentiũ serre facta. Et hac iuncture specie iũgunt̃ adinuicez ossa cranei.

¶Et mulsach

¶ Et mulsach ⁊c.] ¶ In sexta pti. declarat prin. iuncturam mulsach diuisione ⁊ exēplo. Diuisione qdem qꝛ alia est cuius ossa in longitudine sunt ꝯnexa: alia cuius ossa sunt ꝯnexa in latitudine. Exemplo ꝟo p ossa arundinū brachij que sil'iuncta sunt in lōgitudine: ⁊ p ossa spondilium dorsi inferiorū q̄ simul iuncta sunt in latitudine. Dicit notanter inferiorū: qꝛ iunctura spondiliū supiorū non est mulsach cū non sit stricta valde. Et hoc ideo est ꝙ iferiores sunt plus ordinate ad fixionē ⁊ delationē ⁊ supiores sunt ad motus plus disposite. Est aūt iunctura mulsach continua ossiū ꝯnexio non dētalis neqꝫ clauosa. Nā mulsach arabice siue mlsahac interpretantur latine continuo connexa.

¶ Et mulsach quidem alia est que in lōgitudine est connexa sicut iunctura que est inter duo ossa assebid: alia est que in latitudine ꝯtinuatur sicut iuncture spondilium inferioruꝫ ex spondilibus dorsi. Earum enim que superius sunt iuncture non valde sunt stricte.

¶ De anathomia cranei. Cap. ij.

Omnium[a] quidē ossium cranei iuuamentum est ꝙ sunt clipeus cerebri ipsum cooperientia ⁊ ab oibus malis defendentia. ¶ Iuuamentum[b] vero in hoc ꝙ multa creata fuerunt: ⁊ non fuit vnum tantum os in duas partitur summas: quarum vna cōsideratur ꝓm res que sunt i cōparatione ipsius ossis: ⁊ alia ꝯsideraꝛ in cōparatione eius quod ipsuꝫ os colligit. ¶ Prima vero summa in duo diuiditur iuuamenta. Unuz est ꝙ si craneo impedimētū in vna sui parte euenerit fracture aut putrefactionis non erit toti craneo commune: quemadmodum esset si vnum foret os. Secundū est ne in partibus vnius ossis diuersitas in duritie ⁊ mollitie ⁊ raritate ⁊ spissitudine ⁊ subtilitate et grossitie habeatur. Et hec quidem diuersitas est necessaria propter intentionem quam in proximo dicturi sumus.

¶ Sūme vero secunde iuuamenta sunt que per adoroꝫ complenꝛ. Quorū q̄daꝫ sunt que sunt i ꝯparatiōe ipsius cerebri. Uapores enim grossi qui ab eo resoluti egredi non valerent si esset vnū os: egrediendi habent viam in odoroꝫ qua ab eo separentur: et cerebrum propter resolutionem mundificetur. Et aliud est est in comparatione eius quod de villis neruorum a cerebro egreditur qui per mēbra capitis vadunt vt viam habeāt.

¶ De anathomia ⁊c. c. ij. Omniū qdeꝫ ⁊c.] ¶ In h. c. tāgit primo ꝓn. iuuamētū toti' cranei. Scd̄o iuuamēta pp qd̄ factū fuit ex pluribus ossibus ibi [Juuamentū ꝟo i h.] Tertio figurā cranei nālē ⁊ cās ei' ⁊ ꝯmissuras ipsi' ibi [Et h'.] Quarto tres figuras non nāles cranei ⁊ ipsaꝝ cōmissuras ibi [Nō nāles.] Quinto ꝙ non est alia figura non nālis a dictis tribus ⁊ ꝙ tm̄ sunt. 4. figuꝛ capitis ibi [Dixit ēt] ¶ In ꝓma pte que ē pñs tex. dicit ꝙ iuuamentū oium ossium cranei sil' collectoꝝ ē ꝙ sunt clipe' vl' poti' cassis vel galea cooperientia cerebrū ⁊ ipm defendentia ab oibus malis extrinsecus occurrētib' sicꝫ pcussionibus frigoꝛib' ⁊ caloribus imoderatis. ¶ Attēde h primo ꝙ craneū a qbusdā dꝛ olla capitis: qꝛ ꝯtinet cerebrū ad instar olle. Et ab Aristo. 1. de nā aīaliuꝫ. c. 7. dꝛ testa capitis. Ait. n. ibi. Et testa capitis creata est ex osse duro rotūdo qd̄ ꝯtinet corīū ⁊ caro: ⁊ forte dꝛ sic a figura testudinis. Et sic vocat ipsuꝫ G. 10. de iuuamē. mēbroꝝ. c. 2. dicēs. Un̄ pp custodiā cerebri dabaꝛ ei q̄si murus s. testa q̄ ē q̄si galea. ¶ Attēde ꝓo ꝙ G. 11. de vti. pti. c. 10. recitās numeꝝ ossiuꝫ capitis sex p craneo enumerat. s. duo ossa parietalia quoꝝ vnū est a dextris ⁊ aliud a sinistris ⁊ ꝯiungunꝛ sil' in cacumine capitis: ⁊ hec vocat ossa bregmatis ⁊ sunt laxa: ⁊ iō i capite desup iacēt. Et hec duo ossa ꝯtinenꝛ vndiqꝫ a duris ossib' ⁊ densis: hñt. n. a posteriori pte os laude ⁊ ab anteriori pte os coronale ⁊ a dextra ⁊ a sinistra duo ossa petrosa. Et sub istis sex ossibus est os paxillare qd̄ qdā numerāt cū ossib' capitis. Alij cū ossib' mandibule supioris. Et ꝟboꝝ G. series ibi ē talis. Que igiꝛ bregmatis noiānꝛ duo exñtia ⁊ laxa ⁊ pp ea in capite desup iacēt ⁊ ꝯtinenꝛ vndiqꝫ a duris ossib' ⁊ dēsis. A retro qdē ab osse laude. Ab añ ꝟo ab eo qd̄ est ꝓm frontē. Alterutrinqꝫ ꝟo ab eis q̄ sunt ꝓm timpora rōnabil'r distincta sunt lineatiōibus. Septimū aūt vltra hec est id qd̄ est ꝓm palatū qd̄ qdē qdā supioris gene: qdā ꝟo capitis esse estimāt iniacēs ambobus ad instar cunei. Einsdē sñie quo ad numeꝝ ossiū cranei meminit Raꝫ. 1. al. dicēs. Oīa igiꝛ capitis ossa cū ꝯnumerata fuerint. 20. ⁊ tria erūt exceptis dētib' quoꝝ sex ipsi craneo ꝓpria sunt: ⁊ vnū qd̄ vocaꝛ alguededi sup qd̄ sex ꝓdicta stant ossa. Idē memorat auer. 1. colli. c. 4. dicēs. Ossa capitis absqꝫ dētib' sunt ossa. 23. quoꝝ sex appropata sunt craneo. Et vnū est qd̄ noiaꝛ geteth. i. os colatorij ⁊ h ē qd̄ est sub craneo qd̄ diuidit inter ipꝫ ⁊ supiores mādibulas. ¶ Attēde tertio ꝙ ossa cranei ꝓn. non enumerat neqꝫ hic neqꝫ. 12. aīaliū vbi fere eadē dicit de ossibus capitis his q̄ memorat hic. Dicit. n. hic ⁊ ibi ꝙ craneum ex multis ossib' cōponiꝛ sed de numero eoruꝫ silet q̄si in h hesitauerit. Et reuera sensisse vꝛ ꝙ craneū sit qd distinctū a q̄ttuor ossib' parietalib' capitis situatuꝫ sup ea. Prio qꝛ de craneo ⁊ de eis distincta facit capl'a. Scd̄o qꝛ capl'm sequēs intitulat de anathomia ei' qd̄ est sub craneo. Tertio qꝛ dicit in principio. c. sequentis: caput post hoc qnqꝫ hꝫ ossa ⁊ cū statim añ de craneo determinauit id relatiuū h ad craneū vꝛ referri. Quarto statim post in eodē. c. dicit de. 4. parietibus cerebri loquēs: hi aūt parietes facti sunt craneo duriores. Quinto in eodē c. circa mediū dicit ꝙ adoreꝫ corticalis que est cōmissura mēdosa ex vtraqꝫ pte terminat supius parietes dextrū ⁊ sinistrū: g̊ cū dicti parietes nō ascēdāt vsqꝫ ad cōmissurā sagittalē ꝓm eū oꝫ vt inter eos ⁊ suturā sagittalē sint ossa quedā media. ¶ Attende q̊rto ꝙ albertus magnus huic innixus sñie. 1. de aīalibus trac. 2. c. 6. dicit ꝙ supra. 4. ossa parietalia eriguñꝛ alia. 4. in qb' ꝯcludiꝛ testudo sphere capitis. Et affirmo ꝙ multa cranea parisius in cimiterio sancti innocētij palpaui vbi credo sunt vltra. x. milia q̄dā recētia q̄dā multū vetera: sꝫ in vllo vsqꝫ reppi nisi sex ossa ꝓꝫ ꝙ ea numerāt. G. Raꝫ. ⁊ auer. ⁊ tres veras cōmissuras ⁊ plus ⁊ duas mēdosas. Sꝫ dicit Alber. magnus. 1. de aīalib' tract. 2. c. 5. circa fi. vt saluet seipꝫ ⁊ aui. ꝙ diuisiōes ossiū capitis non manifestantur oēs nisi caput ꝓmū fortiter coquaꝛ: postea p aliquos annos in terra maceratū fuerit: q̄zdiu aūt aliqd humoris est in eo multe suoꝝ ossiuꝫ diuisiōes occulte sunt: qꝛ in p̄ria gñatiōe qñ fiunt ossa tunc humida est eoꝝ mā ⁊ vnū fluit i aliud ⁊ ꝯglutinanꝛ fortissima ꝯglutinatiōe. Itē paulo añ i eo. c. dicit. Sunt aūt incapite diuisiōes vbi ossi ꝯiungiꝛ: sꝫ diuisiōes in osse recēti non sunt manifeste nisi vbi est ꝯiunctio suture. Ubi aūt ꝯiūgiꝛ p fortissimā infixionē vnius in aliud et colligationē ibi diuisio nō appet nisi in ossib' q̄ diutissime arefacta sunt: hec ille. ¶ Attēde q̄nto ꝙ nō in q̄lꝫ craneo repiunꝛ sex ossa ꝓdicta manifeste distincta p cōmissuras: sꝫ in solo craneo cuius figura est nālis: imo repiꝛ aliqñ craneū qd̄ vꝛ esse vnicū os ⁊ nulla appet in eo sutura. Juxta id Arist. 3. de nā aīaliū. c. 7. Et iā inueniebaꝛ caput in tpe antiq in quo nō erat sutura oino. Item inueniꝛ aliqd̄ qd̄ retro recisuꝫ nō hꝫ os laude p cōmissurā ab alijs distinctum. Et sil'r aliqd̄ qd̄ añ recisuꝫ nō hꝫ os coronale p suturā ꝓpriā ab alijs sepatum. ¶ Attēde sexto ꝙ ossa cranei dēptis petrosis ab aliqb' asserunꝛ esse duplicata in sua spissitudine ꝓm formā sibiīuicē inherentiū tabularū: ita ꝙ sunt aliq̄ tabule eoꝝ ꝟius picraneū ab extra ⁊ aliq̄ versus durā matrē abintra: ⁊ penes

istas distinguūt chirurgici fracturas cranei in penetrātes vsqꝫ ad locū mediū inter duas tabulas ⁊ penetrātes totū craneū vsqꝫ ad durā matrē. Juxta illud Gal. 6. de inge. sani. c. vlti. Dico g̊ fracturā que est in testa capitis aliqñ penetrare vsqꝫ in locuꝫ qui est inter vtrasqꝫ ptes cranei ⁊ aliqñ vsqꝫ ad interiora capitis. Et p has tabulas intellige duas planities dictoꝝ ossiū vnā. s. extrinsecaꝫ versus picraneū: aliā intrinsecā versus durā matrē. Nā si supficietenus aspa fuissent ossa ꝓdcā: sicut interi' abrasissent picraneuꝫ ⁊ durā matrē. Et illud tāgit. G. 9. d vti. pti. c. 1. Querit. n. ibi: cur sirāgis cranei solis nā sine suturis non fuit ꝯtēta ⁊ rñdet: qm̄ has qdē. s. siringas necessariuꝫ erat ex vtraqꝫ pte ad leneꝫ ⁊ spissam ossis terminari corticē. Debētes demū vicinari abintus qdē miringis ab extra aūt in mēbrano vocato picraneo diuidi āt ad multa oportebat os capitis alicuius alteri' grā: si igiꝛ sirange discooperte māsissent raderēt vtiqꝫ ⁊ vulnerarent asperitatibus vicina.

b ¶ Juuamētū ꝟo ⁊c.] ¶ In hac pte ꝓa que ē de iuuamētis pp que craneū ex ossibus multis est ꝯstitutū primo diuidit prin. modos hoꝝ iuuamentoruꝫ in duas summas. Scd̄o exequitur d p̄ria summa iuuamentorū ibi [Prima ꝟo.] Tertio exeqꝛ d ꝓa summa ibi [Sūme vero secūde.] ¶ In. 1. ptic. dicit ꝙ iuuamentuꝫ pp qd̄ craneū fuit factū ex multis ossibus diuidiꝛ in duas sūmas. i. duos modos seu maneries iuuamentorū. Prima summa seu maneries ꝯsideraꝛ in cōparatiōe ad ipsuꝫ craneū. Scd̄a in cōparatōe ad illud qd̄ craneū colligit i. in se continet ⁊ p ipsum hꝫ incessum sicut sunt cerebrum ⁊ dura mater q̄ craneum continet ⁊ villi neruorum qui per suturas cranei exeunt ⁊ vene ⁊ arterie que per eas intrant.

¶ Prima vero ⁊c.] ¶ In secunda dicit ꝙ prima summa iuuamentorū diuiditur in duo iuuamenta. Primū est vt si nocumentoꝝ fracture vel putrefactiōis eueniat alicui parti cranei cū sit cōe toti craneo: sicut essꝫ si craneū esset vnicū os. Et hoc iuuamentū tangit. G. 9. de vti. pti. c. 15. dicens. Est igiꝛ propter hoc vtile ex multis ossibus cōpositum esse craneum: vt si aliquando plagatuꝫ rūpatur (multotiens enim talia contingunt) non vsqꝫ ad totū ruptura eius procedat: sed detineatur ⁊ cesset ꝓm illas partes ꝓm quas ⁊ ipsum plagatum os cessat. ¶ Sed obijciet quis dato ꝙ craneū esset vnum posset in aliqua parte sui ledi non lesis alijs ptibus sicut adiutoriuꝫ vel os coxe posset ledi superius sine hoc qd̄ lederet inferius ⁊ econuerso. Concede hoc sed dic ꝙ nocumētuꝫ citius pambulat os vnicū q̄ꝫ diuisuꝫ p cōmissuras. Scd̄ꝫ est ne oporteat in ptibus eiusdē ossis inueniri diuersitatē notabilē in duricie ⁊ mollitie ⁊ raritate ⁊ spissitudine ⁊ grossitie ⁊ subtilitate: qd̄ qdem oporteret si craneū esset vnicuꝫ os qꝛ necessariū est vt ptes cranei laterales sint alijs duriores eo ꝙ sunt magis exposite casibus ⁊ superiores molliores ⁊ rariores vt per eas melior fiat resolutio euaporatio ⁊ effumatio. Et hoc iuuamentum tangit Gal. vndecimo de vtilitate particularum capi. 19. dicens. Nulluꝫ vtiqꝫ erit difficile de multitudine ossium inuenire causaꝫ. Sunt itaqꝫ hec durissima scilicet petrosa qm̄ ad vix passibilitatem constructa sunt cum ante alia iaceant: ⁊ qm̄ a causa erepta sunt propter quam rara ⁊ sirangosa idest spongia facta sunt ossa que sunt ꝓm altū capitis. Plurimi enim ad illa vaporum qui ex toto corpore sursum eleuantur cum sublimia iaceant. Quecūqꝫ ꝟo ex lateribus locata sunt cum eo ꝙ ab hac occasione absoluta sunt adhuc ⁊ nobis cadentibus ⁊ percussis vel aliter qualitercūqꝫ molestari debebant multotiens. Nec enim cadit aliquis supra summitatem faciliter nec prompte percutitur ꝓm hanc. Alia ꝟo vniuersa que ꝓm occipitium ⁊ frontem ⁊ aures percussione suscipiunt frequenter ⁊ ruinis occupantur multotiens. Quia igitur illa quidē neqꝫ debebant percuti frequenter ⁊ euacuatione indigebant: hec autem ⁊ percuti frequenter ⁊ non indigēt euacuatione rationabiliter. Rara quideꝫ illa ⁊ sirangosa idest cauernosa spissa vero alia ⁊ dura facta sunt hec Gal.

¶ Sūme vero ⁊c.] ¶ In tertia dicit princeps ꝙ iuuamenta secunde summe super multitudine ossium cranei sunt illa que perficiuntur per adoroꝫ. i. per commissuras seu suturas ossium cranei. Et hec iuuamenta sunt trium modorum. Primus attenditur per comparationē ad cerebrum scilicet vt vapores grossi per suturas cerebri resolui possint ⁊ cerebrum ab eis mundificari q̄ resolui non possent si craneum esset os vnicum. Secundus attenditur penes villos qui a craneo per commissuras exeunt: ⁊ est vt illi villi liberum habeant transitum per commissuras quatinus ex eis partim pericraneum generetur: ⁊ sensus aliquis partibus que supra craneum sunt tribuatur. Tertius attenditur penes ossa cranei: ⁊ alia duo genera rerum: quorum vnum est vene ⁊ arterie subintrantes craneum per commissuras: ⁊ secundum est dura mater. Et istius modi sunt duo iuuamēta. Primuꝫ est vt vene ⁊ arterie per commissuras cranei descēdētes libeꝝ habeāt introitū. Scd̄m est vt ptes alique dure matris que spissa est ⁊ grauis subintrātes cōmissuras cranei subleuāt duraꝫ matreꝫ ⁊ cū craneo suspendāt: ne suo pōdere grauet cerebꝝ. ¶ Sꝫ queret aliquis quō ista duo iuuamenta seu modi iuuamentorum respiciunt ossa cerebri. Nam primum videtur solum respicere venas ⁊ arterias ⁊ partes ad quas tendūt ⁊ secundum soluꝫ cerebrum. Dic ꝙ primum respicit ossa capitis in quantuꝫ a venis ⁊ arterijs trāseūtibus per cōmissuras aliquid sanguinis resudat in craneū pro sui nutritione. Et secundum respicit ossa cranei inquantū ligamenta prodeuntia a dura matre que foris exeunt per commissuras circa craneum extensa couniuntur ⁊ pericraneum panniculum cōstituunt qui coopit ⁊ stringit ossa cranei adinuicem. Juxta illud. G. 8. de vtili. parti. c. 12. Ligamenta quidem

Et sunt alia duo iuuamenta cõmunia in
ter ossa ⁊ inter alias duas res. Unuz est
in comparatione venaꝝ ⁊ arteriarũ que
interius ingrediũtur in capite vt viaz ha
beant. Et aliud est in comparatione du-
re matris spisse ⁊ grauis vt alique eius
partes cuz adoroz teneantur ⁊ a cerebro
eleuentur ne ei grauamen inferant.
¶ Et huius quidez ossis naturalis figu
ra est vt sit rotunduz propter duas res ⁊
duo iuuaméta. Unuz est in comparatio
ne ad interius. Figura nãqz rotunda est
maioris dimensionis ea quaz rectilignee
comprehendunt figure: cum earuz com
prehensiones equales fuerint. Et aliud
est in comparatiõe ad exterius: qm̃ figu-
ra rotũda pp impulsiones nõ patit̃ quẽ-
admodum angulos habẽtes patiũtur.
¶ Et ipz qdez lz sit rotũdũ in longitudi
ne tñ factũ est qm̃ origines neruoꝝ a ce-
rebro i longitudine sunt posite: ⁊ sic opz
vt nõ coangustet̃. Et duas hz eminẽtias
ante ⁊ retro vt neruos defendat qui de-
scẽdunt ad frontẽ ⁊ nuchã. ¶ Et hec q
dem figura tres veras hz adoroz ⁊ duas
mẽdosas. Et in pmis vna adoroz fronti
est cõicans arcualis hoc modo. ⁊ vo
catur coronalis. Et alia adoroz directe
trãsiens in longitudine diuidit caput in
duo media: ⁊ p se ɔsiderata vocat̃ sagitta
lis: ⁊ incɔtum est ɔtigua coronali vocat̃
nerualis. Et huius qdez figura arcui si-
milat̃ in cuiꝰ medio linea recta sicut ppẽ
dicularis ẽ erecta q̃ est hoc mõ —(Et
adoroz tertia iter occiput ⁊ basim ipsius
cõis existit cuius puncto cũ ipsa sit ꝺm fi
guraz anguli extremitas sagittalis conti
nuatur. Et vocat̃ adoroz laude eo ꝙ lau
de littere grece sil̃is existat que est ita. λ
Cũqz duabꝰ adoroz quas prius noiaui-
mus ɔiũgetur sit figura talis —(Due
vero adoroz mendose ꝺm capitis longi-
tudinez sunt ꝓtense vtrinqz equidistãtes
a sagittali que ꝓfunditate integra i ossi-
bus nõ ꝓfundant̃. Et he due corticales
vocant̃. ¶ Non naturales autẽ capitis
figure sunt tres. Una est vt anterior emi
nẽtia minuat̃: ⁊ ꝓptere a de adoroz amit
tatur adoroz coronalis. Et alia est vt po
sterior minuat̃ eminẽtia ⁊ ob hoc de ado
roz pdatur adoroz laude. Et tertia est vt
vtreqz pdãt eminẽtie ⁊ fiat caput vt sphe
ra longitudinẽ ⁊ latitudinez hñs eq̃les.
De hac qdez figura summus medicorũ
G. dixit ꝙ ppea ꝙ dimẽsiones in ea sunt
eq̃les oportuit ꝺm eq̃tatez vt diuisiones
adoroz eẽnt eq̃les: sz diuisiões adoroz in
pmis erãt tres vna in lõgitudine ⁊ due i
latitudine. Erit itaqz i hac adoroz vna in
longitudine: ⁊ similiter ẽt doroz vna i la

ab ipsa miringa prodeunt subtilia quedam membrana: vie autem eis vt ex-
cidant extra suture capitis sunt. Protensa. n. hec circa vnamquãqz partẽ que
ꝺm se ⁊ vnde oriunt̃ inde procedentes obuiant sibi inuicez ⁊ copulantur ⁊ to
taliter vniuntur ⁊ cõe ex oibus ipsis vnũ generant membranũ pericraneum
noiatuz. ¶ Sz obijciet aliquis auctoritate Gal. 9. de vti. pti. c. 16. dicẽtis. Oia
eniz ligaméta grosse miringe que sunt ad craneũ ad intrinsecas eius sirãgas
finiunt. Dic ꝙ ibi loqtur
de ligamentis nõ exeunti
bus cõmissuras penitus:
sz expansis inter tabulas
cranei. Et pdicta iuuamẽ
ta ꝓcedentia ex cõmissu-
ris cerebri cõmẽorat Ga.
9. de vtili. pti. c. 15. dicens.
Qm̃ igitur ad trãspiratio
nez ligniosarũ. i. fumosaꝝ
supfluitatũ: ⁊ vt ligetur p
eas grossa miringa. i. du-
ra mater ad os capitis: ⁊
vt excidant vasa hec qui-
dem intus: hec aũt extra:
⁊ ad pericranei generatio
nem suture vtiliter ɔstru-
cte sunt antea dictũ est.
c ¶ Et huius qdez ⁊c.]
¶ In hac tertia pte que
est de figura naturali cra-
nei ⁊ causa eius ⁊ cõmissu
ris eius primo narrat pn.
nãlem cranei figurã ⁊ cãs
eius. Scdo numeꝝ incessuz
⁊ figuraz suturaꝝ cra-
nei tã veraꝝ q̃z mẽdosarũ
ibi [Et hec quidẽ figura]
Prime ptis sunt due par
ticule. Prima ẽ de rotũdi-
tate cranei ⁊ causis eius.
Scda de protractione eiꝰ
ꝺm longũ ⁊ causis ipsius
ibi [Et ipsum qdem.]
¶ In pª pti. dicit pº ꝙ nã
lis figura huiꝰ ossis. s. cra
nei ẽ vt sit rotundũ pp du
as res. s. pp res itrinsecas
quas comprehendit ⁊ pp
res extrinsecas que ei oc-
currunt. Et ꝓpter duo iu
uamenta corrñdentia his
rebus. Scdo dicit ꝙ iuua
mentũ primũ rotũditatis cranei est in cõpatione ad interius. s. ad cerebrũ ⁊
duas mẽes q̃s craneũ ɔprehendit. Nã figura rotũda est maioris dimẽsionis. i.
capacitatis ea dimẽsione quã figure rectilinee cõprehendũt cũ eaꝝ cõprehen-
siones fuerint equales. ¶ Pro declaratiõe huius attẽde pmo ꝙ qꝛ hõ est pru
dentissimũ aĩaliuz ideo habuit magnũ cerebrũ. Juxta id Aristo. 2. de nã aĩali.
c. 7. Nõ aũt respectu corporis eius hz cerebrũ magnũ qñ ɔfertur ad cerebruz
alioꝝ aĩaliuz. Et qꝛ cerebrũ eius est magnũ indiguit vase magne cõprehensio-
nis ⁊ pue mol̃ne suo pondere nimis grauaret̃ corpus: cũ igit̃ figura rotunda
sit maxime capacitatis ꝺm suã molez fuit aptissima craneo. ¶ Attẽde ꝺo ꝙ fi-
gura rectilinea est duplex ⁊ sil̃r rotũda. Una est in planis. Alia ẽ in solidis. Re
ctilinea in planis est que a plurimis ɔtinetur lineis. Et rotũda seu circularis i
planis ab vnica ɔtinet̃ linea. Sz rectilinea in solidis est q̃ a pluribꝰ ɔtinet̃ sup
ficiebus. Et rotũda in solidis est q̃ ab vnica ɔtinetur supficie. Juxta id aristo.
ꝺo celi tex. 22. Ois itaqz figura plana aut rectilinea est aut circularis. Et recti
linea qdez a pluribus ɔtinet̃ lineis. Circularis aũt ab vna. Simil̃r aũt ⁊ sphe
ra solidoꝝ. Illa. n. sola ɔtinet̃ vna supficie rectilinee pluribꝰ. Sicut. n. se hz cir
culus in planis: sic sphera in solidis. Et qꝛ figura rotũda seu circularis est ꝑor
⁊ pfectior rectilineis: tũ qꝛ ɔtinetur vnica linea: tum qꝛ extra eaz nihil est acci
pere: tuz qꝛ caret ɔtrario: ⁊ cerebrũ est velut sedes aie nobilioris: hec figura si-
bi ⁊ suo cooptorio qd dz eidez ꝓportionari aptissima videt̃. ¶ Attẽde. 3. circa
hoc qd dicit [cũ earũ cõprehensiones eq̃les fuerint] ꝙ p cõprehensiones nõ in
telligit capacitates: sz mẽsuras quãtitatiuas figuraꝝ redactaꝝ ad eandẽ spẽm.
Exẽpli grã cape triãgulũ qui fit ex mẽsura decem pedũ vnius linee ⁊ accipe
quadrãguluz factũ ex eadẽ mensura ⁊ circulũ factũ ex eadẽ inuenies infallen
ter circulũ maioris capacitatis q̃z triãgulũ vel quadrãgulũ. Sz si cõprehẽsio-
nes. i. mẽsure redacte ad eandẽ spẽz nõ essent equales nõ esset necessariũ figu-
ram rotũdã maioris esse capacitatis alijs vt circulus decẽ pedũ minus ɔtinet
q̃z triãgulus centũ pedũ. Tertio dicit ꝙ scdz iuuamẽtuz rotũditatis cranei at
tendit̃ in cõpatione ad exteriora ⁊ est ꝙ caput nõ ita facil̃r patitur ab occur
rentibus exterius rotũdũ exñs sicut si essz alterius figure angulose: qꝛ corpus
rotũde figure qñ impellit̃ vel pcutit̃ non tãgit̃ nisi q̃si in puncto ⁊ faciliter la-
bitur pcussionis instrumentũ: ⁊ ideo nõ sic patitur sicut corpus angulosuz.
¶ Et ipsuz qdez ⁊c.] ¶ In. 2. pti. dicit prin. ꝙ lz craneũ sit aliqualiter rotũdũ
tñ est ꝓtẽsuz in longitudine. Et cã huius est: qꝛ neruoꝝ origines a cerebro sunt
ꝺm ipsius longitudinẽ q̃ est ab ante in retro. Nã sensitiuoꝝ orĩgo est magis ab
anteriori pte ⁊ motiuoꝝ a posteriori. Et ideo opz vt circa hec loca cerebrũ nõ
coartet̃ vel coangustet̃. Et craneũ duas hz eminentias: vnã ante vt defendat
neruos qui descendũt ꝟsus frontẽ ⁊ aliã retro vt defendat neruos qui descen
dunt ꝟsus nuchã. Et hãc nãlez cranei figurã describit Gal. 2. tegni tex. 36. di-
cens. Propria ꝟo capitis figura est velut si videas spherã perfectam cereaz ex
vtraqz pte leniter cõpressam. Necesse est. n. huius talis gibbosa qdez ꝺm sphe
ram posteriora fieri ⁊ anteriora: rectiora vero fieri que ex vtraqz parte.
¶ Et hec qdẽ ⁊c.] ¶ In ꝺa pte pncipali pñtis tex. q̃ est de numero icessu ⁊ fi
gura suturaꝝ cranei pfecti pmo dicit pn. ꝙ nãlis figura cranei hz tres odoroz
veras ⁊ duas mẽdosas. ¶ Attẽde hic primo ꝙ doroz dores dorec adoroz ado
res adorec sunt noia arabica idẽ latine sonãtia in ꝓposito ꝙ sutura vel cõmis
sura vel iunctura serratilis. Et dicũtur suture ꝓpterea ꝙ in directo earũ videntur
ossa quasi simul suta. Et dicuntur a prin. 12. animaliuz serre: ⁊ credo ꝙ in
arabico pro singulari scribitur aderz ⁊ pro plurali adoroz: sz de hoc nõ est vis:
verũ aliqñ aderz pro ɔcauitate vel vẽtriculo cerebri accipitur sicut posterius
notatur in synonymis solitis huic libro scribi. ¶ Attende scdo ꝙ vere cõmis-
sure sunt que penetrãt in ossa cranei ꝺm totã ossiũ spissitudinẽ. Sz cõmissure
mẽdose nõ sic penetrãt: imo sunt velut incolationes q̃daz. i. cõiunctiões ossiũ
q̃si vnũ sup aliud colaret̃. Juxta id. Ga. 9. de vti. pti. cap. vlti. Unde mihi vꝫ ꝙ
incolationes vocant̃ vtre
qz qdem coeuntiũ ossiuz.
Et illud prin. 12. aĩalium.
Et nõ profundant̃ ad in-
terius: ⁊ ideo dicũtur fal-
laces serre. Scdo descri-
bens tres veras cõmissu-
ras cranei dicit tria. Pri-
muz est ꝙ in primis. s. inci
piendo computationẽ cõ
missuraꝝ a parte anterio-
ri q̃ prius occurrit est vna
cõmissura cõicans. i. cõis
existens inter os frontis ⁊
ossa supiora arcualis. i. ha
bens figuraz arcus p hũc
moduz. Et vocatur cõ-
missura coronalis: qꝛ coro
na capiti supposita locuz
eius attingere solet vel qꝛ
figura eius circũferẽtialis
est ad instar corone. Scdz
est ꝙ est alia cõmissura trã
siens directe in longitudi
ne capitis diuidens caput
in duas medietates dex-
tram scilicet ⁊ sinistram.
Et cuz sola ɔsideratur di
citur sagittalis qꝛ est pro-
tensa in longum ad instar
sagitte. Et inquantum est
contigua seu cõiuncta cũ
coronali dicitur neruslis:
quia neruo. i. arcui similis
est. Neruus enim interdũ
pro arcu accipitur. Juxta
id Uirgilij. 5. eneidos. Pri
maqz per celũ neruo strin
gente sagitta: hirtacide iu
uenis volucres diuerbe-
rat auras. Et figura eius
est similis arcui in cuiꝰ me
dio linea perpendicula-
ris recta est erecta que est hoc modo—(Et per hanc lineaz erectaz differt a
coronali arcuali sola. ¶ Attende tertio ꝙ cõmissura diuidens caput in longi
tudine soluz protẽditur sensibiliter ⁊ manifeste ab osse coronali exclusiue vsqz
ad os laude exclusiue: fuerunt tamẽ aliqui qui dixerunt ꝙ ꝓtenditur lz occul
te per totũ os coronale diuidens ipsuz in duas medietates ⁊ p totũ os laude
similiter. Juxta id Gal. de hac sutura loquẽtis. 11. de vtilitate particulaꝝ. c. 19.
Nõ apparet aũt ipsa ꝺm spississima ossiuz sicut est id qd ꝺm occipitiũ ⁊ fron-
tem ⁊ palatũ ⁊ extremam genã: vnde vt puto ⁊ questio facta est ab anatomi-
cis his quidez absqz sutura oĩno esse enunciantibus ea: his autez ꝓpter certi-
tudinem compositionis ⁊ spissitudinez nõ appere suturas coctis tũ vel sicca-
tis ossibus in tempore ampliori manifestas fieri. Tertiũ est ꝙ tertia cõmissura
est cõis inter occiput. i. vltimã partez parietũ pncipaliũ capitis ⁊ basim eius. i.
os laude. Et puncto huius cõmissure que est figure triãgularis ɔtinuatur po
sterior extremitas cõmissure sagittalis. Et vocat̃ hec cõmissura sutura laude:
qꝛ sil̃is est i figura laude grece lr̃e q̃ est talis λ Et cũ ista vltia cõmissura ɔiũget̃
coronali ⁊ sagittali fiet ex ipsis sil̃ ɔiũctis figura talis —(Tertio describẽs du
as mẽdosas cõmissuras ait. Due ꝟo mẽdose adoroz sunt ꝓtẽse vtrinqz. s. a de-
xtris ⁊ a sinistris ꝺz longitudinẽ capitis distãtes eq̃l̃r a sutura sagittali. Et iste
suture nõ ꝓfundant̃ in ossibꝰ cranei integra ꝓfunditate: ita ꝙ penetrẽt p totã
ossiũ spissitudinẽ vsqz ad ɔcauitatẽ intrinsecã sic ꝟe cõmissure. Et he due cõ-
missure vocant̃ corticales: qꝛ sunt inter ossa lateralia capitis pncipalia ⁊ ossa
petrosa q̃ supponunt̃ eis ⁊ ipsis adherent velut quidã cortices. Et has vocat
Gal. 9. de vtili parti. c. 16. squamosas dicẽs. Sed squamose qdem sunt palelle
ei que est media ⁊ ꝺz longitudinẽ capitis ferunt̃ ordinate ꝺm alterutrã auriũ.
Et intelligit ꝙ iste mẽdose sunt palelle. i. equal̃r distantes a coronali. Dicũtur
eni in geometria paralelle linee eqdistantes q̃ si in infinitũ ꝓtenderent̃ nunq̃z (se tãgerẽt.
d ¶ Nõ nãles ⁊c.] ¶ In hac. 4. pte principali. c. istius enu-
merat ⁊ describit pnceps nõ naturales figuras capitis. Et dicit primo ꝙ sunt
tres. Secundo describit eas ⁊ earum cõmissuras per ordinez. Prima nõ natu
ralis capitis figura est, in q̃ minuit̃ anterior eminẽtia q̃ repitur in nãli figura ⁊
ideo caret hec figura cõmissura coronali. Scda est in q̃ minuit̃ eminẽtia poste
rior. Et ideo caret cõmissura laude. Tertia est in qua pdunt̃ anterior ⁊ poste-
rior eminentie repte in naturali figurali: ⁊ fit caput: sicut sphera pfecte rotun
da non compressa ex lateribus ⁊ sunt ipsius longitudo ⁊ latitudo equales.
Et de hac figura dixit Gal. ꝙ qꝛ dimẽsiones longitudinis. s. ⁊ latitudinis hu-
ius capitis sunt equales equuz fuit vt cõmissure eius vere essent equales. Erit
ergo i hoc capite vnica vera cõmissura in longitudine: ⁊ similiter vnica vera
in latitudine. Et latitudinalis protenditur in medio latitudinis capitis ab au
re vsqz ad aurez sicut longitudinalis protenditur in medio longitudinis.
¶ Attende primo ꝙ nõ quecũqz diminutio anterioris eminentie craneũ care
re facit cõmissura coronali: neqz diminutio quelibet posterioris eminẽtie tol-
lit laude cõmissuram: sed adeo magna ꝙ eminentia sit quasi nulla. ¶ Atten-
de scdo ꝙ hanc mãz de figuris capitis tam nãli q̃z non naturalibus ⁊ suturis
earum determinat Gal. 10. de iuuamentis membroꝝ. c. vltimo: ⁊. 11. de vtilita
te particu. c. 15. per litteras alphabeti greci figurãs suturas simul applicatas
cuiusqz figure. Et pmo describit nãlez cranei figurã ⁊ suturas eius dicẽs. Exi
stẽte. n. velut ꝓlongo capite rõnabiliter vna qdez sutura p mediũ eiꝰ ex poste-
rioribꝰ ad añriora extẽsa ẽ. Due aũt trãsuerse hanc suscipiunt ⁊ fit triuz sutu-

rarum figura similis ⟶C grece lr̄e:longo.n.ente ſm hoc.s.ſm longū capite z velut presso ſm ambas aures iustū fuit inequalē esse numerū suturarū in lon/ gitudine z latitudie:aut vane vtiqz nā diceret iusta ab Hyp.s inequalibus q̄lia pberet:sed non vtiqz hz ita:iustissima.n.eas suturā qdē que ſm longitudinem capitis extensa ē rectā intra opata est cōmoderate ita;debentibꝰ esse amplitu dine ptibus eius que sunt ex vtraqz pte.s.in dextris z sinistris. Trāsuersas āt i.latitudiales duas nume ro creauit.Alterā qdē po/ sterioré sicut z antea dictū est vocatā laudiformē.Re liquā vo anterioré corona lē vt eq̄le sit os qd ē inter has duas suturas ex vtra/ qz pte medie.Scdo descri bit suturas figure spheri/ ce que rotunda exñs caret eminentijs anteriori z po steriori dicēs.Suture autē spherice qdez siles sunt ψ grece lr̄e duabus solis bi/ phariā incidentibꝰ seipsas vna qdē obliq̄.i.in latitu/ dine capitis ptensa ab al tera auriū ad aliā:reliqua vo p medium summitatis versus mediū frontis ſm rectitudinem extensa.Si/ cut.n.qñ abūdat altera ps capitis plōgior exñs iustū fuit plures suturas hēe p/ longiorez:ita qñ equales vtreqz facte sunt numerūz eq̄lē nā tribuit eis.Tertio describit suturas figure cranei cui sola deficit posterior eminentia dicēs.A ca/ pite vo non hñte eminentiam q̄ ſm occipitiuz recta qdē.i.sagittalis z corona lis suture manēt:perit aūt laudiformis.i.cōmissura silis laude.Hec.n.erat p/ pe pditam eminentiā:vñ fit q ex duabꝰ figuris.i.ex duabꝰ remanentibus com missuris ⟶C grece lr̄e sile sit.Quarto dscribit suturas figure cranei i q̄ depit anterior eminētia capitis.Et qñ q̄ ē ſz frōtē eminētia capitis pit:pit qdē sil' cū ea coronalis:reliq̄ vo ea q̄ ē ſz lōgitudinē remanēs cū sola laudiformi rursus:z hꝰ figura cōpōnis silis sit ⟶ grece lr̄e. Sz q̄reret qs vtrū depeūte eminētia capi/ tis vna vel plēs cdepeāt suture mēdose sic z vere.Dic q nō:q2 necessarie sunt ad organū auditus cōplendū nisi.n.essent circūuolutiōes ossales i petrosis os sibus non occurrerent auditui magni soni sine vehemēti grauamine.

titudine. Et erit quidem doroz latitudinalis i medio latitudinis ab aure ad aurez sicut longitudinalis doroz in medio longitudinis. ¶ Dixit etiam summus medicorum Galienus: impossibile ē caput aliam figuram quartam non naturalem habere: ita vt sit lōgitudo minor latitudine: nisi de ventriculis cerebri: aut de ipsius corpore aliqd minueretur: qd quidem vite est contrarium z compositionis prohibens bonitatem. Et hic quidem primi medicorum Hyp. dicta concessit qui dixit capitis figuras quattuor tantum existere.

¶ De anathomia eius quod ē sub craneo. Capi.iij.

c **Aput post hoc** quinque habet ossa: quorum quattuor sunt parietes: z vnum est sicut basis. ¶ Hi autem parietes craneo facti sunt duriores eo q casus z percussiones ad eos ſm plurimum tendunt. Et quia necesse fuit vt craneum esset rarum z meditullium similiter rarum propter duas res. Vna vt vapores inde egrediantur qui resoluuntur. Et altera ne grauamen cerebro iferat. ¶ Et de parietibus quidem posterior durior factus est eo q a sensuum custodia est remotus. ¶ Paries b primus est os frontis cuius superior terminus est adoroz coronalis: z inferior adoroz q̄ ab vna extremitate coronalis proueniens trāsit super oculos apud supercilia z cōtinuatur eius finis alij extremitati coronalis.

¶ Dixit ēt summus zc.] ¶ In hac qnta pncipali pte dicit prio pn.Gal.di/ xisse q nō poterat esse quarta figura non nālis cranei cuius longitudo minor esset latitudine nisi diminueret aliqd de vētriculis cerebri vel de corpe seu sba cerebri:q̄ diminutio repugnat vite z bonitatis cōpōnis.Scdo dicit q hic.s.G. cessit dcā Hyp.primi medicoꝝ q dixit tm̄.4.esse capitis figuras:vnā nālem z tres non nāles. ¶ Attēde primo q pn.hic z in pcedenti pte vocat.G.summū medicoꝝ nō īmerito:q2 reuera fuit velut lucerna veritatis scīe medicinalis tā speculatiue q̄z practice.Cuius libros si plegeris attēte sanā z securā medicine doctrinā adipisceris.Et Hyp.fuit primus q scripsit in medicina:licet añ eum fuerint apollo z esculapius. ¶ Attende ſo q de īpossibilitate essendi quartā figurā non nālē capitis scripsit.G.9.de vti.pti.ca 15.dicens. Quarta aūt spēs forme capitis excogitari qdē pōt:fieri autē non pōt vt si fieret pminentior ſm ambas aures q̄z ſm frontē z occipitiū.Et probat hꝰ triplici rōne.Primā tāgit sub his vbis.Et siquidem esset possibile csistere hanc spēm non vtiqz spheri ca sria diceret ei q̄ ſm nām:sed hec qdē esset trāsmutata tota longitudine ad amplitudinē.Scdam tangit sub his verbis.Nūc aūt non est possibile tā ma/ gnā euersiōez fieri ab eo qd ſm nām:non.n.esset hō talis:sed iam monstrū ne q3 viuere potens. Tertiam sub his. Et pp hoc Hyp.4.oēs figuras z suturas vniuscuiusqz hēe ſm modū quē diximus enūciauit nusq̄z cscriptionū eius me morans qnte figure.Et hec rō psuadet:sed non ccludit:q2 locus ab auctorita te non tz negatiue. ¶ Sed arguet aliqs q multo plures sunt figure capitis q̄z 4.pdescripte.Primo est aliqua cuius ambe eminētie sunt maiores q̄z esse de/ beant in nāli z talē figurā cōiter hñt capita ianuentiū.Scdo est aliq̄ figura cu ius anterior eminētia est maior nāli:sic est videre in altis alemanis:z tales sunt cōiter fortis fantasie.Tertio est aliqua cuius posterior eminētia est adaucta vl/ tra naturā z talē hñtes vt plurimū sunt bñ memoratiui.Quarto pōt esse figu/ ra capitis eleuata nimis ſm cacumē. ¶ Ad hec omnia dic q iste figure redu/ cuntur ad nālem eo q nō sensibiliter īpediunt opatiōes cerebri: īmo interdū alique fortificant magnitudine sui organi cū bonitate z decentia figurationis licet cōmensuratio sit toti generaliter conuenientior.

¶ De anathomia eius quod est sub craneo. Capi.iij.

c **Aput post zc.** ¶ In hoc.c.enumerat primo ossa capitis q̄ sunt sub craneo: z cōparat parietes capitis ad craneū z ad seinuicē.Scdo describit.4.capitis parietes p terminos eoꝝ ibi[Paries pmus.] Tertio describit os pa xillare z dat causā duriciei ipsius ibi[Basis āt.] Quarto dscribit.4.ossa pa/ rietalia ibi [In vnaquaqz zc.]

¶ Et pes[b] quidē ex multis ossibus cōpositus creatus fuit propter iuuamenta ex quibus est: vt bene retineat & circundet illud super quod incedit ex terra: cū necesse fuerit. Pes nāq; plerūq; tenet illud super quod incedit quēadmodum manus retinet illud quod recipit. Et cū tenēs preparatur vt moueatur suis partibus ad aliquam formam vt per eum retentio fiat melior erit melius ꝗ vt totum sit vnum frustum ne figura post figuram figuretur. Et ex eis est iuuamentum toti commune cuius ossa sunt multa. ¶ Pedis[c] vero ossa sunt vigintisex. Cahab per quod iunctura pedis cū crure completur. Et calcaneus quod est sustentamentum fixionis. Et nauiculare per quod est tenuitas. Et quattuor ossa rascete cū quibus pecten continuatur: quorum vnum est os grandinosum hexagono simile positum ad partem siluestrem per quod pars illa super terram bene figit. Et qnq; pectinis ossa. ¶ Alcahab vero humanum magis subtiliatū est ad exteriora & magis ingrossatū ad interiora ꝗ alcahab omnium aliorum animalium. Et ipsum est quasi nobilius ossibus pedis in motu iuuantibus sicut calcaneus est nobilior ossibus pedis in figendo adiuuantibus. Et alcahab quidem inter duo extrema positū est a duabus cannis egredientia ipsū a suis partibus circundantia scilicet a supremo ipsius & a suo collo & a duabus suis partibus siluestri & domestica: & eius duo extrema in duas vacuitates que sunt in cannis fixe ingrediuntur. Alcahabab propterea inter crus & calcaneum medium existit: per ipsum enim melius cōtinuantur: & iunctura inter ea firmatur & secura fit a dislocatione. Et ipsum quidem pro certo in medio est positum: licet existiment quidam ꝙ ad domesticā sit declinans propter cōcauitatis tenuitatem. ¶ Ad alcahab vero os nauiculare ab anterioribus coniunctionaliter ligatur. Et hoc quidem nauiculare cum calcaneo posterius continuatur: & anterius cum tribus ossibus rascete a parte siluestri. ¶ Os vero grādinosum est illud quod si mauis voca os solitariū: & si volueris pones quartū ossium rascete. ¶ Calcaneus autem sub alcahab positus est durus rotundus ad posteriora vt percussionibus & nocumentis resistere valeat: inferius lenificatus vt etiam melius calcet & pes melius cooperiat illud super quod quiescit cum stat cuius quantitas magna facta fuit vt corpus portare queat. Et fuit factus triangularis ad longitudinē: & subtiliādo paulatim protenditur donec finiatur & annihiletur coram tenuitate ad partem siluestrē ideo vt subtilitatis concauitas sit ordinata posterius ad suum medium. ¶ Rasceta vero pedis a palme rasceta est diuersa: quoniam hec est vna acies & illa due acies: & quia eius ossa sunt numeri multum minoris. Et in hoc quidem iuuamentū existit: quoniam in palma motus plus fuit necessarius & comprehensio ꝗ in pede: & maius iuuamētū quod in pede existit est figere. Multiplicare autem diuisiones et iuncturas in retinendo nocet & in cooperiendo illud super quod stat: propterea ꝙ inde prouenit laxitas: & apertio multa quemadmodum si nulla foret ibi laxitas noceret: propterea ꝙ dilatatio equalis que est conueniens deesset. Jam enim scitum fuit ꝙ circundare et retinere cum eo quod est numeri maioris est melius & bene stare & bene posse deferre cum eo quod est numeri mi-

¶ Alcahab vō &c.] ¶ In secunda dicit primo ꝙ alcahab hominis est magis subtiliatum versus partes pedis exteriores: & plus ingrossatū versus partes interiores ꝗ alcahab cuiuscunq; alterius animalis. Secundo dicit ꝙ alcahab est quasi dignius seu nobilius inter pedum ossa que iuuant ad motū sicut calcaneus est nobilior īter ossa pedis iuuantia ad fixionem. Tertio dicit ꝙ alcahab est situatū inter duas extremitates egredientes a duabus cānis cruris que circundant alcahab a supremo ipsius & a suo collo & partibus ipsius siluestri & domestica idest exteriori & interiori. Quarto dicit ꝙ due extremitates ossis alcahab intrant duas concauitates que sunt fixe in extremitatibus inferioribus duarum cannarū cruris. Quinto dicit ꝙ alcahab ē os mediū inter crus & calcaneum: quia per ipsum: idest per mediū ipsius melius continuātur idest colligantur crus & calcaneus: & iūctura firmior inter eos fit: & magis secura a dislocatione. Sexto dicit ꝙ os alcahab est certitudinaliter positum in medio cruris & calcanei: licet aliqui existimēt ꝙ decliet ad partem interiorem propter tenuitatem concauitatis: scilicet q: alcahab est ingrossatū versus partes pedis interiores respectu partiū interiorum que circa medium pedis subtiles sunt & concaue.

¶ Ad alcahab vero &c.] ¶ In tertia dicit ꝙ os nauiculare ligatur coniūctionaliter ab anterioribus ad os alcahab: idest copulatur ad os alcahab ſm partes anteriores ipsius ossis alcahab: nō ſm partes anteriores ossis nauicularis: & posterius continuat cū calcaneo: & anterius a parte exteriori cum tribus ossibus rascete.

¶ Os vero grandinosum &c.] ¶ In quarta dicit ꝙ os grandinosum potes si velis vocare os solitariū: & tunc rasceta pedis ex tribus tantū ossibus constabit: & potes si vis ipsum connumerare cum ossibus rascete quartū.

¶ Calcaneus autē &c.] ¶ In quinta dicit primo ꝙ calcaneus est positus sub osse acahab durus & rotundus in posterioribus ptibus vt melius resistat percussionibus alijs & nocumentis exterius occurrentibus. Secūdo dicit ꝙ calcaneus est īferius lenificatus vel applanatus vt melius calcare possit & cooperire illud super quod quiescit quando stat quis supra pedes: quāto enim latior & planior est calcaneus inferius tanto plus calcat & cooperit de terra sibi supposita. Tertio dicit ꝙ quantitas calcanei magna facta fuit vt melius possit portare corpus. Quarto dicit ꝙ calcaneus fuit factus triangularis figure tendentis ad longitudinem cuius basis est posterius & protenditur anterius continue graciliando donec cuspis eius finiatur & annihiletur: idest definat protendi ad partem pedis exteriorem coram tenuitate: idest in directo concauitatis intrinsece pedis ideo vt ꝯcauitas subtilitatis sit ordinata posterius ad suū mediū: idest ideo vt gradatim & ordinate subtiliatio & ꝯcauitas partis pedis interioris pcedāt ꝯtinue augendo a posteriori pte pedis vsq; ad mediū eius.

¶ Rasceta vero &c.] ¶ In sexta pti. dicit primo ꝙ rasceta pedis differt a rasceta manus in duobus. Primo in hoc ꝙ omnia ossa rasceta pedis sunt i vnica acie seu vnico ordine: & ossa rascete manus sunt in duabus aciebus. Secūdo in hoc ꝙ ossa rascete pedis sunt pauciora numero: scilicet tantū quatuor: ossa vero rascete manus sunt octo vel nouem vt predictū est. Secundo dicit ꝙ vtilitas in multitudine ossiū rascete manus & paucitate ossium rascete pedis est: quia in manu motus & apprehensio fuerunt magis necessarij ꝗ in pede & pes est plus iuuatiuus ad fixionem ꝗ ad apprehensionē. Tertio dicit ꝙ multiplicatio diuisionū ossium & iuncturarū nocet in retinendo. i. in tenendo pedē bene fixum supra illud qđ calcat & in bene cooperiendo illud supra qđ stat: pp hoc ꝙ ex multitudine iuncturarū prouenit laxitas & aptio ad instar rimarū seu fissurarū pp elongationē vel distantiā ossiū abinuicē: sicut si nulla esset laxitas in pede noceret q: priuaretur dilatatione equali. i. temperata que sibi ꝯuenit ad se retinendū dum scalas ascendit: & dum incedit per vias aspe

ras ⁊ inequales. Quarto dicit iam fuisse scitum ꝙ circũdare ⁊ retinere .i. apprehendere melius fiunt cuz organo cuius numerus ossium est maior: ⁊ bene stare ⁊ bene posse sustinere corpus melius fit cum organo quod est pauciorũ ossium ⁊ maioris quantitatis.

¶Pedis vero ⁊c.] ¶In septima particula dicit ꝙ pecten pedis fuit creatus ex ossibus quinqz: vt cuilibet digitorum pedis continuetur os vnuz pectinis: ⁊ fuerũt omnes quinqz digiti pedis in vna acie positi: ⁊ non fuit in eis pollex vel vel allux positus ex opposito aliorum digitorum sicut in manu: quia firmitudo fuit magis necessaria pedibus q̃z comprehensio ⁊ circundatio: quod scilicet comprehẽdere ⁊ circũdare fuit necessariũ in ossibus manus: ⁊ ideo digiti manus non sunt in eadem acie sed pollex alijs est oppositus.

noris ⁊ maioris quantitatis est melius. ¶Pedis vero pecten de quinqz ossibus fuit creatus vt cum vnoquoqz ipsoruz quisqz digitorũ qui sunt quinqz constituti in vna acie continuetur. quoniam in eis fuit plus firmitudo necessaria q̃z comprehensio ⁊ circundatio q̃ in ossibus manus fuit necessarium. ¶Quisqz autem digitus preter pollicez ex tribus cõsistit ossibus. ¶Iam de ossibus locuti fuimus quantum sufficit. Et cum computata fuerint erunt ducenta ⁊ quadragintaocto: p̃ter sisamina ⁊ preter os q̃ laude littere grece similatur.

¶Quisqz autem ⁊c.] ¶In octaua dicit ꝙ quilibet digitorum pedis preter pollicem constat ex tribus ossibus: pollex autem ex duobus tantuz. ¶Attende primo ꝙ cahab ⁊ alcahab sunt nomina arabica idem significantia: ⁊ in synonimis Auicenne exponũtur sic: alchab duo idest due cauille: sed hic aliter accipiuntur: scilicet vt significant os medium inter duas cannas cruris ⁊ os calcanei: ⁊ hoc os medium vocatur a Galieno libro de vtilitate particularuz astragalus: ⁊ libro. 4. de iuuamentis membrorũ cahab sicut hic. ¶Attende secundo ꝙ cahab est in figura simile nodo baliste superius ⁊ anterius ⁊ posterius rotundum: ⁊ superior ipsius rotunditas ingreditur concauitates duarum cannarum cruris ⁊ articulatur cum eis articulo seu iũctura per quem fit motus pedis: ⁊ ideo dicitur os nobilius seu principalius in motu pedis: sicut calcaneus est principalior in fixione. Iuxta illud Galieni tertio de vtilitate particularum capitulo quinto. Videtur ergo ex his astragalus quidem principalissimum esse pertinentium ad motum pedis ossium: calcaneus autem eoruz que ad firmationem. Propterea ergo illum quidem vndiqz ad circũferentias quasdam idest rotunditates desinere decebat. Illud autem leue esse ad inferius immobile maxime ⁊ recte firmum adiacentia ossa. Sed anterior rotunditas alcahab ingreditur concauitatem ossis nauicularis: posterior autez reddit os alcahab minus passibile ab extrinsecus occurrentibus. ¶Attende tertio ꝙ os nauiculare seu nauiforme concauatum est tam posterius q̃z anterius ad instar nauis: ⁊ inde sortitur nomen ⁊ concauitatem ipsius posteriorem ingreditur rotunditas ossis alcahab. Sed anteriorem ipsius concauitatem subintrant rotunditates trium ossium rascete pedis. Iuxta illud Galieni tertio de vtilitate particularum capitulo quinto. Reliqua vero tria ossa ascendunt supra sex cubos idest latera nauiformis ossis. Hoc autem rursus ascendit caput astragali. ¶Attende quarto ꝙ os grandinosum est os paruulum simile grano grosse grandinis: ⁊ inde trahit nomen: de quo dicit Auicenna decimo quarto animalium: ꝙ est os simile decio ⁊ est quasi sextile: ⁊ vocatur a Galieno tertio de vtilitate particularum os cubiforme: idest habens formam cubi: scilicet sex costas: ⁊ ab eodem tertio de iuuamentis membrorum: vocatur hexagonuz ab hexa grece quod est sex: ⁊ gonos quod est angulus: ⁊ istud os est in eadem acie cuz tribus alijs ossibus rascete pedis: ⁊ est situatum in parte siluestri seu exteriori: ⁊ articulatur anterius cum osse pectinis pedis qui respondet paruo digito. Sed posterius articulatur cum osse calcanei sic ꝙ eius gibbositas intrat concauitatem extremitatis anterioris calcanei. Iuxta illud Galieni tertio de vtilitate particularum capitulo quinto. Os itaqz quod ab extrinsecis partibus est locatum quod vtiqz ⁊ cubiforme nominant: articulatur cuidam calcanei concauitati scdm finem superiacenti. ¶Attende quinto ꝙ os calcanei est maximum ossium pedis directe ⁊ immediate suppositum ossibus alcahab ⁊ nauicilari protensuz anterius vsqz ad rascetam vbi copulatur ossi grandinoso: ⁊ licet alcahab sit magne quãtitatis: ipso tamen maius est os calcanei ⁊ nedum ipso: sed etiam crure sm extremitatem cruris inferiorem. Iuxta illud Galieni tertio de vtilitate particularum capitulo quinto. Quin etiam ⁊ magnitudine multum excedere oportebat id scilicet os calcanei: non alia solum: sed etiam ipsum astragalum: quãuis enim ⁊ hoc os magnũ sit seu maximis ossibus superius articulatum: non paruam vero ad id quod ante faciens apophisim idest explantationem vbi coordinatur nauiformi. Sed cũ hoc multo maius est eo calcanei os: vnde ⁊ superexcedit non solom astragalum: sed etiam ipsam tibiam: ⁊ ad id quod ante vsqz plurimum procedit ⁊ lõgitudini amplitudinem idest latitudinez proportionaliter habet: ⁊ his ambobus profunditatem: subiacet enim rectitudini tibie ⁊ fere ipsam totam solum hoc portat: ⁊ per hanc crus idest coxam: ⁊ per hoc superiacens corpus ⁊ maxime quando salire voluerimus aut maxime progredi. Magnitudinem ergo dignaz eidem oportuit propter hoc inesse ossi calcanei: aut nequaq̃z commisisset ei pondera ita magna. Sed quereret aliquis cum pes sit proprium instrumentum fixionis ⁊ os calcanei sit maius ossium pedis ⁊ nobilius in figendo: quare non immediate fuit coniunctũ cruri. Dic ꝙ quia oportet pedez multipliciter moueri necessaria fuit laxitas iuncture pedis cum crure: ⁊ q̃ os calcanei gratia firmationis seu fixionis ⁊ sustentationis corporis factum fuit huiusmodi laxitas non conueniebat ei: ideo positum fuit alcahab mediuz inter crus ⁊ calcaneuz. Iuxta illud Galieni capitulo nunc allegato: propter eandez autem causam firmam melius fuit esse ibi positionez ⁊ non fallacem ⁊ errantem ei scilicet calcaneo fieri. Sed si quidem perone ⁊ tibie idest canne minori ⁊ maiori ordinaretur: omnino vtiqz esset infirmabilis ⁊ laxus: hinc enim incipiens pes maximam debebat omnium que sm ipsum articulationez ⁊ motionem habere: propter hoc ergo astragalus in medio locatus est tibie ⁊ calcanei. Sed rursus queret quis cuz calcaneus sit copulatus astragalo mobili ⁊ laxe iuncto quomodo stare poterit fixus ⁊ firmus. Rñdet Galienus capitulo modo allegato dicens: sed quoniam omnino quidem huic scilicet astragalo coordinari oportebat calcaneũ timens natura ne aliquem accipiens propter vicinitatem motum ad firmitudinis infallaciam noceatur: primo quidez vt iam dictum est duas quasdaz apophises idest explantationes eius inuiscauit ad illius concauitates. Deinde autem plurimas colligationes duras ⁊ cartilaginosas tam amplas q̃z rotundas copulauit non astragalo solũmodo: sed alijs ossibus vniuersis que adiacent vndiqz adaptans gratia custodiẽdi conuenientem firmationem. Hec Galienus. ¶Attende sexto ꝙ ad fortitudinez fixionis ⁊ firmationis calcanei vltra causas iaz dictas facit duricies vehemẽs ossis istius ⁊ cutis ei subtense. Iuxta illud Galieni nunc dicto capitulo. Laborare autem in his scilicet firmationibus omnibus sciens natura duram qdez vlume propriam eius scilicet calcanei substantiam operata est: duram autem ⁊ eam que desuptus subtendit cutem ydoneaz ad premolliendũ ⁊ presoluendum violentorum ⁊ durorũ corporum inuasiones. ¶Attende septimo ꝙ os calcanei grossum ⁊ latum existens in posteriori parte pedis ꝯtinue procedendo anterius strictius fit donec terminet sub forma cuspidis ad os grandinosum: quia si sm ipsius grossiciem ⁊ amplitudinez procederet ad anteriora tolleret concauitatem intrinsece partis pedis ⁊ vtilitates eius. Iuxta illud Galieni tertio de vtilitate particularum capitulo quarto. Nequaq̃z igit̃ queret adhuc aliquis d̃ osse calcanei propter quid apud puum digituz abscedere apparet magis: si enim sicut erat recte grossum ⁊ amplũ tale manens ad anteriora pedis extenderetur quomodo vtiqz fieret intrinseca pars eius concaua. Rationabiliter igitur hic multum eius grossiciei ⁊ amplitudinis abstulit: ⁊ propter hoc ad paruum digituz videtur extendi: hec ibi Galienus. Sed quarto de iuuamentis membrorum capitulo secundo asserit ꝙ istud os anterius protensum spissius factum est: licet latitudo ipsius sit diminuta dicens: ⁊ propter hoc rectum fuit inspissari istud in isto loco cum diminutione latitudinis sue. ¶Attende octauo ꝙ pes humanus est omnino dissimilis manui scdm partem ipsius posteriorem arabice dictam ayf. que constat ex cahab osse nauiculari ⁊ calcaneo: nullum .n. horũ ossium hz sibi simile in manu. Iuxta illud Galieni quarto de iuuamentis membrorum capitulo secundo. Ayf autem pedis quod est eius extremum quod est positum sub crure quod est subter crus ⁊ coxam ⁊ eleuantur super ipsum recta eleuatione est compositũ ex tribus ossibus scilicet cahab ⁊ alrip ⁊ illo quod dicit̃ ab anatomicis naviculare. Ista ergo tria ossa inueniũtur in pede ⁊ non habent similia respondentia in manu. Hec Galienus. ¶Attende nono ꝙ pes est similis manui sm partez ipsius anteriorem: habet enim rascetam que tarsus vocatur a Galieno libro de vtilitate particularum: ⁊ habet pectinem qui dicitur planum ab eodem ibi: ⁊ digitos quinqz quemadmodũ manus. Iuxta illud Galieni tertio de vtilitate particularum capitulo tertio. Sed ⁊ id quod est simile carpo habuit quod vocatur tarsus ⁊ id quod metacarpio quod a iunioribus medicis vocatur planũ: ⁊ ipsos autez digitos digitis assimilantes sufficienter: he igitur tres partes pedis sunt sicut ille que manus scilicet digiti tarsus planuz. ¶Attende decimo ꝙ motus extensionis ⁊ flexionis pedis fit per iuncturaz ossis alcahab cuz duabus cannis cruris. Et motus pedis ad duo latera fit per iuncturaz que est inter alcahab ⁊ os nauiculare. Iuxta illud Galieni tertio de vtilitate particularum: capitulo quinto. Etenim hoc scilicet extendere ⁊ flectere pedem superioris articulationis astragali opus quidez tibie ⁊ perone epiphisis idest duarum cannarum cruris explantatio: dicebatur facere hoc autem scilicet ad latera transferre eius que apud nauiforme. ¶Attende vndecimo ꝙ digiti pedum communicant cum digitis manuum in numero ossium ⁊ articulorũ excepto pollice pedio cui sunt ossa duo tantum ⁊ duo articuli: sed digitis peduz proprium est esse sitos omnes in eadem coordinatione: ⁊ esse minores digitis manuuz: propterea ꝙ apprehensio fortis frequens ⁊ multiplex est manui magis necessaria. Iuxta illud Galieni tertio de vtilitate particularum capitulo quarto. Propter hoc autem est ⁊ multitudo quinqz digitorũ in pede scilicet sicut in manu ⁊ qui sm vnũquemqz eorum qui in ipsis articulorum numerus: non tamen hoc scilicet in vna coordinatione situatos esse omnes: sed hoc proprium est pedibus sicut firmationis organis. Similiter autez ⁊ hoc scilicet minores effici q̃z eos qui in manibus: hec ille. ¶Attende duodecimo ꝙ pollex pedis factus est multo maior comparatione ad alios digitos pedis q̃z sit pollex manus ad alios digitos eius: ⁊ ex duobus ossibus duntaxat compositus est vt sit firmamentuz medie partis pedis ab ante sicut est a posterioribus calcaneus. Iuxta illud Galieni tertio de vtilitate particularum capitulo quinto. Quoniam enim alta ⁊ concaua debebat esse intrinseca pars pedis rationabile fuit firmitudines infallaces alterutrinqz ei adiacere magnorum ossiũ. A retro quidem iam erat id quod calcanei: ab ante autem nisi ibi magnus digitus multo simul maior alijs factus esset: ⁊ ex duabus componeretur aciebus: nulla vtiqz esset sublimibus ossibus infallacia. Quocirca primo quidem non est factus maior alijs magnus qui in pede digitus quãto ille qui in manu factus est: sed multoplus. Secundo autem non ex tribus ossibus sicut ille: ⁊ alij oẽs: sed ex duobus. Ceu eniz (vt puto) magnis egens natura ossibus ponẽdis ibi vitauit dilaniare ea in multa ⁊ parua: hec Galienus.

d ¶Iam de ossibus ⁊c.] ¶In hac parte quarta dicit primo ꝙ sermo sufficiens iam habitus est de ossibus. Secundo dicit ꝙ cum omnia ossa computata fuerint inuenientur ducenta ⁊ quadragintaocto sine sisaminis ossibus que in iuncturis digitorum inueniuntur: ⁊ sine osse simili laude littere grece quod in gutture solitarium inuenitur sub forma triangulari. Iuxta illud principis summa secunda doctrine presentis: vndecimo capitulo. Vbi autez est epiglotis ⁊ coram ipsa est os triangulatum lauda vocatum: quod laudam litteram grecam significat: ⁊ est ita Λ. ¶Attende primo ꝙ solẽnes medicine auctores vt Hippocras: Galienus: Rasis: Auicenna: Auerroys in hoc conueniunt ꝙ ossa hominis sunt ducenta quadragintaocto. Sed in enumeratione eorũ particulari deficiunt. Nam si recollegeris ossa que numerat Rasis primo almansoris: nõ inuenies nisi ducenta ⁊ quadraginta. Et si recollegeris ossa que enumerat Auerroys primo colliget: non inuenies nisi ducenta trigintaocto: ⁊ tamen asserunt ꝙ sunt in summa ducenta ⁊ quadragintaocto. ¶Attende secũdo ꝙ hominis ossa sic partibus corporis distributa sunt ꝙ in capite sunt quinquagintanouem connumerato osse colatorij pro vno distincto ab osse paxilari: ⁊ in trunco corporis sunt sexagintaseptem ꝯnumerato osse quod est in corde: de quo tamen ait Auerroys primo colliget: ꝙ non est de numero ducentorum quadragintaocto ossium sicut nec os epiglotale. Et in brachijs ⁊ manibus sunt sexagintaduo: connumerato osse vno in rasceta vtriusqz manus cuz octo principalibus: de quo prius dictum est auctoritate Galieni ꝙ potest nonuz inter ossa rascete numerari. Et in tibijs ⁊ pedibus sunt sexaginta sicut apparet in sequenti figura sigillatim ⁊ distincte.

Ossa capitis

Ossa capitis .lix.

Os coronale i
Os laude i
Ossa verrualia ij
Ossa petrossa ij
Os paxillare i
Os colatorij ij
Ossa paris iiij
Ossa mandibule superioris xiiij
Ossa mandibule inferioris ij
Dentes xxxij

Ossa trunci corporis lxviij
Spondiles vero ⁊ mēdo/se xxx
Ossa furcule ij
Ossa spatule ij
Coste ꝟe ⁊ mēdose xxiiij
Os cordis i
Ossa thoracis viij
Ossa anche ij

Ossa magne manus dex/tre lxij
Os adiutorij i
Focilia ij
Ossa rascete viij
Unum his additum
Ossa pectinis iiij
Ossa digitorum xv
Totidē idest .xxxi. i sinistra

Ossa magni pedis dex/tri lx
Os coxe i
Rotula genu i
Due canne cruris
Alcahab i
Os naviculare i
Calcaneus i
Ossa rascete iiij
Ossa pectinis v
Ossa digitorꝫ xiiij
Totidem idest .xxx. in sini stro.

¶ Summe secunde doctrine qnte que est de musculis sunt .xxx. capitula.

¶ Capitulum primuꝫ est sermo vniuersalis de neruis musculis ⁊ chordis ⁊ ligamentis.

Quoniā motus voluntarius membris nō completur nisi virtute a cerebro eis mediātibus neruis adueniente: ⁊ neqꝫ erat conueniens vt nerui ossibus continuarētur qui pro certo sunt membrorum nobilium radices in motu propter intentioneꝫ primā: quia ossa sunt dura ⁊ nerui sunt subtiles: propterea misericorditer egit deus ⁊ ex ossibus rem neruo similem extraxit que connexio ⁊ ligamentuꝫ vocatur: ⁊ ipsaꝫ neruo adiunxit ⁊ ex eis recte faciendo quasi rem vnā effecit. ¶ Et propterea[b] ꝙ corpus quod ex neruo ⁊ ligamento componitur prorsus fuit subtile: quoniam corporis nerui augmentum cum ad membrum peruenit non est tantuꝫ ꝙ ab ipsius corpore ⁊ grossicie cum est in suo ortu remoueatur tanta lōginquitate de qua sit curandum. Et eius corpus cum est eius ortus est tantum quantum ipsuꝫ cerebri corpus ⁊ nucha ⁊ capitis concauitas ⁊ neruorum egressiones tolerare possunt: tunc enim si neruis membrorum motus affirmaretur ipsis in sua corporeitate possibili existētibus ⁊ proprie cum diuiduntur ⁊ partiuntur ⁊ ramificantur in membris: ⁊ fit illud qđ ex eis vni accidit membro multo subtilius q̄ꝫ radix: ⁊ cum a suo principio ⁊ ortu elongantur: esset in hoc corruptio manifesta. Sua igitur sapientia deus ipsum gubernauit grossitiem ei attribuendo: que prouenit propter corporis ex eis ⁊ ligamento compositi villorum confusioneꝫ: quorum vacuitates carne impleuit: et hoc ipsum panniculo texit: et in ipsius medio perpendicularem sicut meguar de substantia nerui posuit. ¶ Et[c] huius summa facta est membꝝ ex neruo ⁊ ligamento ⁊ eoꝝ villis ⁊ carne implēte: ⁊ pāniculo coopiente cōpositūꝫ. Et hoc quideꝫ membꝝ est musculus. Et ipse est qui cū colligitur trahit chordam que ex ner

¶ Attende tertio ꝙ inter ossa corporis humani principalia cōmuniter non numerātur duo ossa acularia que sunt retro post aures: a qbus vt dicit princeps capitulo nono summe sequentis oriuntur villi musculorum mandibulam inferiorem descendere facientiū. Neqꝫ ossa duo in vtraqꝫ spatula similia rostro corui: a quibus vt ait pͥnceps capitulo decimoseptimo summe huius: ligatur spatula cum furcula. Neqꝫ spine seu simenia que retro sunt supra spondiles: neqꝫ ale que sunt a lateribus spondiliū: quoniam hec omnia sunt additamenta ⁊ vere partes ossium principaliuꝫ. Neqꝫ ossa sisamina similia granis sisami que replent vacuitates iuncturarum: ⁊ sunt inter ossa digitoruꝫ manus: vt ait princeps capitulo primo summe istius: quia sunt ita minuta ꝙ vix numerari possent nec magna ex eorum numeratione sequeretur vtilitas. Neqꝫ os triangulatum lauda vocatum iacens super epiglotum a quo villi musculoruꝫ epigloti oriuntur: vt ait princeps capitulo vndecimo summe sequentis: quia ipsum solum existens nulli alteri ossium colligatur ⁊ est velut cartilago: ⁊ licet ita sit de osse chordis: tamen propter dignitatē in quo est de principalibus numeratur. Neqꝫ os quadrilaterum ob eandem causam: de quo loquitur princeps capitulo primo fen none tertij dicens. Algasamata vero est caro panniculosa annexa pallato sub vua pendens cooperiens caput canne: ⁊ supra galsamata est alphahic idest excedens: ⁊ est os habens quatuor latera: duo superius ⁊ duo inferius: ⁊ de hoc osse nihil alibi repperi: ⁊ crederem principem per ipsum intellexisse os laude quod est in gutture nisi esset ꝙ os laude dicit esse triangulatum: ⁊ istud os quadrilateruꝫ est. Ex predictis clare patet quis sit numerus ossium: ⁊ si nolis inter ea connumerare cordis os: recipere potes pro duobus os coronale: quod interdum reperitur euidenter in duo diuisuꝫ per medium eius.

¶ Explicit summa prima que est de ossibus.

¶ Summa secunda doctrine quinte que est de musculis sunt .xxx. capitula.

¶ Primuꝫ est sermo vniuersalis de neruis ⁊ musculis ⁊ chordis ⁊ ligamētis.

Quoniam motus ⁊c. ¶ In hoc capitulo dat primo pͥnceps causam creationis ligamenti ⁊ coniunctionis eius cum neruo. Secūdo dat causam constructionis musculi: ibi [Et propterea ꝙ corpus] Tertio summarie recolligit partes componentes musculum ⁊ vtilitates ipsius: ibi [Et huius summa.]

a ¶ In prima parte premittit duo ex quibus concludit intentum. Primum est ꝙ motus voluntarius in membris non fit nisi per virtutem motiuam volūtarie missam eis a cerebro: mediantibus neruis. Secunduꝫ est ꝙ non conueniebat vt nerui qui pro certo sunt radices membrorum mobiliū in motu propter intentionem primam idest finem potissimū: gratia cuius nerui facti sunt ossibus continuarentur soli scilicet ⁊ sine medio. Et quoniam ita est propterea deus egit misericorditer ⁊ extraxit ex ossibus rem similem neruo in substantia colore tenacitate ⁊ flexibilitate que vocatur connexio ⁊ ligamentum ⁊ ipsam iunxit cuꝫ neruo ⁊ effecit ex eis quasi rem vnaꝫ recte faciendo scilicet fortificando neruum. ¶ Attende hic ꝙ constructio partis huius est suspensiua vsqꝫ ibi. Propterea misericorditer egit deus: ⁊ pro declaratiōe ampliori reduximus eam ad non suspensiuam. ¶ Attende secundo ꝙ nerui duplici intentione creati sunt. Prima est vt deferant membris a cerebro sensum ⁊ motum: ⁊ hec tangitur hic cum dicitur ꝙ sunt radices in motu propter intentionē primam. Secunda est vt sint robur ⁊ firmamentum carni cui immiscētur: ⁊ prima istarum dicitur a principe iuuamentum per essentiam: ⁊ secunda iuuamētum per accidens. Ait enim capitulo primo sequentis summe. Iuuamentorū neruorum alia sunt que sunt sm essentiam: alia sunt que sunt per accidens. Quod vero est sm essentiam est ꝙ cerebrum eis mediantibus omnibus alijs membris iuuamentum prestat dando eis sensum ⁊ motum. Sed iuuamentū quod est per accidens est ad hoc vt caro corroboretur ⁊ corpus fortius fiat.

b ¶ Et propterea ꝙ corpus ⁊c.] ¶ In secunda parte premittit duo ex quibus concludit intentum. Primum est ꝙ corpus compositum ex neruo ⁊ ligamento est prorsus subtile siue gracile: quia augmentatio nerui cum peruenit ad membrum non est tanta ꝙ elongetur a corpulentia ⁊ grossicie quas habebat in ortu suo tanta lōginquitate de qua sit curādū. ¶ Sed posset aliquis dicere ꝙ natura potuit facere neruos taꝫ magnos in ortu suo ꝙ corpus compositūꝫ ex eis ⁊ ligamētis essꝫ grossum sufficiēter. Et huic tacite obiectioni respondet hic princeps dicēs. Et eius scilicet nerui corpus cum est eius ortus idest in loco sue originis est tantuꝫ quātum possunt ipsum tolerare corpus cerebri ⁊ nucha ⁊ concauitas capitis continens cerebrum ⁊ egressiones neruoruꝫ: idest foramina ossiū p que nerui egrediuntur. Et quia ista non tolerant vt sit grossum: sufficiēter nerui corpus in suo ortu: verum erat quod primum dicebatur: scilicet ꝙ corpus compositūꝫ ex neruo ⁊ ligamēto fuit prorsus subtile. Secunduꝫ est propterea ꝙ hoc corpus penitus subtile fuit: tunc si motus membrorum affirmaretur neruis .i. per neruos ipsis existētibus in sua corporeitate id ē grossicie possibili essꝫ in hoc corruptio manifesta scilicet defectus magnitudinis requisite ad motuꝫ organo motus: ⁊ proprie cum nerui diuidūtur idest scinduntur in plures neruos ⁊ partiunt idest diuersis partibus mēbrorum distribuuntur ⁊ ramificantur idest ad instar ramorum sparguntur in membris: ⁊ illud quod peruenit ex eis vni membro est multo subtilius q̄ꝫ sit radix nerui seu ipse neruus in sua origine: ⁊ proprie etiam cum nerui elongantur a suo pͥncipio ⁊ ortu vnde fiunt debiliores esset corruptio manifesta si motus membrorum per eos fieret ipsis non ingrossatis per carnis admixtioneꝫ. ¶ Ex duobus predictis infert princeps suam conclusionem principaliter hic intentam dicens. Sua igitur sapientia deus gubernauit ipsuꝫ corpus compositum ex neruo ⁊ ligamento attribuendo ei grossiciem que prouenit propter confusionem idest permixtionem villorum corporis compositi ex neruis ⁊ ligamento: quorum scilicet villorum vacuitates idest loca intermedia deus impleuit carne ⁊ texit hoc ipsum id est cooperuit panniculo hoc totum compositum ex villis neruorum ⁊ ligamentorum ⁊ carne intermixta: ⁊ posuit in medio huius totius compositi perpendicularem: idest velut lineaꝫ rectam sicut meguar idest chordam de substantia nerui. ¶ Attende primo ꝙ littera huius secūde partis est intrincata ⁊ difficilis propter suspensionem nimiam constructionis: scilicet vsqꝫ ad partem illam. Esset in hoc corruptio manifesta: ⁊ ideo reduximus eam sicut priorem ad non ita suspensiuam. Et si volueris hanc suspensionem aliter clarificare ordina sic litteraꝫ. Et propterea ꝙ corpus quod ex neruo ⁊ ligamento componitur prorsus fuit subtile: tunc si neruus membrorū motus affirmaretur ipsis in sua corporeitate possibili existentibus esset in hoc corruptio manifesta. Deinde redi ad exponendū clausulas iterpositas. ¶ Attende secundo ꝙ in dictis principis videtur hic esse contrarietas: naꝫ innuit expresse ꝙ corpus nerui est maius cum peruenit ad membra q̄ꝫ in suo ortu. in illa parte [Quoniam corporis nerui augmentum cū ad membrum peruenit ⁊c.] Et contrariuꝫ huius innuit ibi [Et fit illud qđ ex eis accidit vni mēbro multo subtilius q̄ꝫ radix] Sꝫ ad istud dici potest ꝙ neruus in ortu suo priusq̄ꝫ exierit anfractus foraminum ossium gracilior est aliquantulum ne ab ossibus opprimatur q̄ꝫ ipsemet dum transiuit dictos anfractus priusq̄ꝫ diuidatur in ramos: saltem vsqꝫ ad aliquem terminum: sicut limacia se dilatat cum exierit a concha: sed per magnam elongationem ab eius ortu ⁊ diuisioneꝫ minoratur. Aliter potest dici ꝙ cum peruenit ad membra pro constitutione musculi spargitur in villos: ⁊ ita sparsus paulo maior videtur. Uel dic ꝙ hec negatiua nihil ponit corporis nerui augmentū cum ad membrum peruenit non est tantum ꝙ ab ipsius corpore ⁊ grossicie cum est in suo ortu remoueatur tanta longinquitate: de qua sit curandum.

c ¶ Et huius summa facta est ⁊c.] ¶ In tertia pte dicit primo ꝙ huius summa idest aggregatio vel recollectio dictarum partiū facta est membrum compositum ex neruo ⁊ ligamento ⁊ villis eorum ⁊ carne implente ⁊ panniculo cooperiente: ⁊ hoc membrum est musculus. Secundo dicit ꝙ ipse musculus quando colligitur idest in se contrahitur sic ꝙ incurtatur ⁊ ingrossatur: tunc trahit chordaꝫ que composita est ex neruo ⁊ ligamento: illa scilicet corda que transit ab eis neruis videlicet ⁊ ligamentis ad partem membri quod debet moueri: ⁊ colligitur hec chorda musculo collecto ad attrahentium membruꝫ. Et cum dilatatur musculus idest expanditur in longitudinem ⁊ gracilior fit: laxatur chorda ⁊ elongatur membrum a musculo: scilicet versus quem prius fuerat attractum vel elongatur membrum idest musculus aut chorda longior redditur. ¶ Attende hic primo ꝙ de partibus componentibus musculum ⁊ complexione ⁊ officio eius sermo sufficiens habitus est primi prima doctrina tertia capitulo secundo: ⁊ de villis eius capitulo primo vel vnico doctrine presentis. ¶ Attende secundo ꝙ pars prima et principalis

in omni musculo gratia cuius alie facte sunt ⁊ cui alie deseruiũt est neruus sicut humor cristallinus est pars principalior oculi. ¶ Attende tertio ꝙ neruus implantatur musculo vel sm caput ipsius vel prope caput vel circa medium eius: nunꝙ autem circa caudaz. Juxta illud Galieni septimo de vtilitate particularum capi. 4. Omnibus autem musculis aut ad ipsum caput implantatur neruus a cerebro perducens: vel a dorsali idest nucha virtutem sensitiuã ⁊ motiuam. Aut omnino demum sm aliquã partiũ q sub capite sunt aut non vltra medietatem: ad finez autem nihil: principiuz .n. operaretur ⁊ non finem. Que vero ad mediam regionem musculi implantatur sicut que dyafragmatis ab hinc ad totum disseminata musculũ ad medium trahunt omnes villos illaz partez eius caput operantia: hec Galienus. ¶ Attende quarto ꝙ plurimi musculorum habent villos suos protensos sm longitudinem: sed in dorsalibus musculis villi sunt obliqui. Juxta illud Galieni duodecimo de vtilitate particularuz capi. 8. querẽtis: cur dorsales musculi obliquos habent inulos .i. villos cum sint recti ⁊ sm longitudinez dorsi extensi: rarissime enim hoc natura operatur nisi gratia alicuius precipue vtilitatis: hec Galienus. Et in musculis existẽtibus inter costas villi protenduntur sm latum cuz quadaz obliquitate sicut ait Galienus septimo de vtilitate particularũ capitulo nono. ¶ Attende quinto ꝙ in hoc cõmunicant musculi ꝙ mouent partes quas mouẽt mediãtibus chordis: excepto musculo mouent frontem ⁊ musculis mouentibus superiores palpebras sm Rasim. Juxta illud Galieni decimo de vtilitate particularum capi. 9. Omnibus autem motibus quibus electionem ⁊ organa preparauit natura ⁊ musculos: mouent hi particulas per quosdam tenontes .i. chordas ad ipsos implantatos. Uerum Auerroys secundo colliget aliter sentit dicens. Sed in mẽbris quibus non sunnt ossa ⁊ non sunt ramificata ⁊ sunt parua: musculi ipsi mouent ea sine medio ⁊ ramificata mouentur mediantibus chordis que nascuntur ab extremitatibus eorum. ¶ Attende sexto ꝙ cõmune est oĩbus musculis habere partes medias carnosas magis ⁊ extremas neruosas exceptis musculis apientibus os: ⁊ emittere chordas a caudis suis exceptis timporalibus musculis. Juxta illud Gal. vndecimo de vtilitate particularum capi. 5. Manifestuz igitur est quoniaz partes hoꝝ musculorũ .s. aperientium os in principio ⁊ in fine carnose: neruose vero in medijs sunt: quod in nullo alioꝝ musculoꝝ existit. Sicut neqꝫ hoc .s. ex medio timporaliũ explantari tenontem .i. chordam. ¶ Attende septimo ꝙ omnis musculus partis voluntarie mobilis sm flexionem ⁊ extensionem habet necessario musculuz sibi oppositum: ita ꝙ nunꝙ ab eodem musculo procedunt flexio ⁊ extensio. Juxta illud Galieni decimo de vtilitate particularum capi. 9. Ostensum est autez a nobis in libro de motibus musculoruz. Quoniam omnes particule que mouentur sm electionez duobus indigent ad minus musculis oppositis adinuicem: vno quidem extendere: altero vero flectere potente: vtrosqꝫ autem motus nullum musculuz posse operari: eo ꝙ omnino quidez ad seipsuz trahit debentez moueri particulam: vnam autem habet positionem vnus existens. ¶ Attende octauo ꝙ quilibet musculus versus suuz propriuz principiuz trahit particulaz quaz mouet. Juxta illud Gal. 11. de vtilitate parti. ca. 10. Monstratuz enim est in libro de musculoruz motu singuluz versus propriuz principium referre particulaz: quare debebant ex necessitate qui quidez desup implantantur musculi superius mouere eaz: qui vero ab inferius incipiunt inferius: sm hoc autez ⁊ ad laterales eos qui ad alterutra motus operari.

nio ⁊ ligamento componitur illa scilicet que ab eis ad membri partem transit ⁊ colligitur ad membrum attrahendum ⁊ cum dilatatur laxatur chorda ⁊ elongatur membrum.

¶ De anatomia musculorum mouentium ea que sunt in facie. Capi. ij.

e X eo quod scitur est ꝙ musculi faciei sunt sm numerum membrorum mobiliuz que sunt in facie. Membra autem mobilia que sunt in facie sunt frons: ⁊ oculi: ⁊ palpebre superiores: ⁊ maxilla in cõmunitate cum labijs: ⁊ labia sola: ⁊ due nariuz extremitates ⁊ mãdibula inferior.

¶ De anatomia musculorum frontis. Capitulum. iij.

f Frons autem per musculum tenuez dilatatũ pannicularem mouetur qui sub cute frontis dilatatur: ⁊ cum ipsa adeo miscetur donec sit quasi essentie cutis pars: ⁊ fiat impossibile ipsuz ab ea excoriari. ¶ Et mẽbro[b] quod per ipsum mouetur absqꝫ chorda obuiat quoniaz illud quod per ipsum mouetur est cutis dilatata lenis: ⁊ mouere quale ipsum est per chordam non est bonum. ¶ Et huius[c] quidem musculi motu eleuantur supercilia. Et est etiam cum ad claudendum oculum iuuant propter suarum virtutem dimissionem ⁊ sui laxitatem.

¶ De anatomia musculoruz mouentiuz ea que sunt in facie. Capi. ij.

e X eo quod scitur ⁊c. ¶ In hoc capitulo dicit primo princeps ꝙ de numero eoruz que sciuntur est hoc ꝙ musculi faciei sunt sm numerũ membroruz voluntarie mobiliuz existentiuz in facie nõ ꝙ sint tot musculi adequate quot sunt membra mobilia ⁊ non plures: sed sic ꝙ ex diuersis motibus membroruz mobiliuz faciei deuenitur in cognitionez numeri membroruz mouentiuz: scilicet musculoruz vna cuz anotomia. Secundo enumerat septẽ species membroruz faciei voluntarie mobiliuz: ⁊ de musculis eoruz facit septem capitula sequentia sm ordinez quo numerantur hic. Primum membrum est frons: de cuius musculis agitur in caqitulo sequenti. Secunduz est oculi: de cuius musculis agitur statim post musculos frontis. Tertium est palpebre superiores: non enim mouentur inferiores voluntarie propter causam que dicetur. Quartuz est maxilla: que nunꝙ sola sed interduz cuz labijs mouetur. Quintuz est labia sola .s. sine associatione alioruz membrorũ in suo motu. Sextum est due nariuz extremitates. Et habent hic multi libri loco de nariuz aurium: ⁊ male: tum q: aures non sunt in facie: tum q: non sunt voluntarie mobiles in homine. Septimũ est inferior mandibula: de superiori vero dicit Aristoteles ꝙ in nullo animali voluntarie mouetur preterꝙ in cocodrillo.

¶ De anatomia musculoruz frontis. Capi. iij.

f Frons autem ⁊c. ¶ In hoc capitulo pmo describit princeps musculũ quo frõs mouetur. Secundo dat causam quare caret chorda: ibi [Et membro] Tertio tangit eius operationez ⁊ iuuamentuz: ibi [Et huius quidem.]

a ¶ In prima parte dicit ꝙ frons mouetur per musculuz tenuem extensum pannicularez .i. similez panniculo: qui dilatatur sub cute frontis: ⁊ intantum cõmiscetur vel incorporatur cum ipsa cute donec sit quasi pars essentie .i. substantie cutis: ⁊ sit impossibile ipsuz excoriari a cute: ⁊ est vnus solus.

b ¶ Et membro ⁊c.] ¶ In secunda dicit ꝙ musculus frontis obuiat membro quod mouetur per ipsuz a chorda. Et causa huius est: q: membruz quod mouetur per hunc musculuz est cutis dilatata lenis. Et non est bonuz mouere tale quale ipsum est per chordam: q: difformiter ⁊ turpiter plicaretur.

c ¶ Et huius quidẽ ⁊c.] ¶ In tertia dicit ꝙ operatio musculi frontis est suo motu eleuare supcilia. Et quandoqꝫ etiaz musculus frontis ⁊ supercilia iuuãt ad claudenduz oculũ propter dimissionez .i. mollificationez suaruz virtutez: ⁊ sui laxitatez idest relaxationem vel fatigationez in eleuando supcilia: ⁊ talis dimissio ⁊ laxitas inueniri solent in somnolentis cũ afficiuntur vehementi desiderio somni. ¶ Attende primo ꝙ cutis frõtis facta est mobilis voluntarie vt cooperetur ad perfectas apertionem ⁊ clausionez oculoruz. Juxta illud Galieni vndecimo de vtilitate particularũ capitulo decimoquarto. Aperiri enim multum oportebat oculos cuz multa eoruz que extra sm vnũ tps conãtur videre ⁊ rursus strigi: ⁊ colligi clausos certitudinaliter ab oĩbus circũadiacentibus qñ timent aliquid allatuz aduersus eos. Ad ambas igitur vtilitates totam cutim que circũadiacet eis superius sm frontez: similiter aũt ⁊ eam que est inferius sm poma mobilẽ spontanee natura fecit vt permutatim extensa ⁊ rursus ad seipsam duplicata aperire ⁊ claudere sufficiat oculos. ¶ Attende secundo ꝙ natura submisit cuti frontis musculuz: quia sine musculo nihil volũtarie moueri potest. Et produxit hunc subtilez: q: cutis mouenda per eum est tenuis: ⁊ natura solet magnitudinem musculi operari proportionalem magnitudinibus mouendarum particularuz. Juxta illud principis vndecimo de vtilitate particularum capitulo decimoquinto. Etenim eam que sm frontem cutim quoniam quidem moueri melius fuit dictuz est: quoniam autem impossibile est sine musculo inesse alicui particule motum qui sm impetuz sciens subtendit ei musculosam quandam substantiam subtilem: proportionalem eniz semper magnitudinibus mouendarũ particularum molem musculoꝝ operatur. ¶ Attẽde tertio ꝙ cutis frontis ⁊ cutis palme ⁊ cutis plante pedis in hoc cõueniunt ꝙ excoriari nequeunt a sibi subiecta carne: sed differunt in hoc ꝙ cutis frontis est laxa: ⁊ alie non. Juxta illud Galieni nunc allegato capitulo. Sꝫ de ea que circa oculos cuti vniuersis presens sermo fiebat superostendẽtibus nobis quoniam a subiecta carne non excoriatur: ⁊ quoniam hoc ipsum inest intrinsecis partibus manuũ ⁊ inferioribus pedum: sed illaruz neutra est laxa sicut ea que sm frontem neqꝫ sensibilem motũ habet seu neqꝫ gratia eiusdem vtilitatis facta talis. ¶ Attende quarto ꝙ cuti frontis inest libere moueri sm dilatationem ⁊ constrictionez propterea ꝙ laxa est ⁊ vnita substantie musculose ⁊ separata ab ossibus sibi subiectis per pannũ tegentem ea non ad natũ eis sed coadiunctũ per villos subtiles. Juxta illud Galieni nunc allegato capitulo. Hec autez nisi laxa esset non posset moueri sm electionez: qualiter autem hoc ei inest iam dicã. Subiecte quidem nature musculose per totum vnita est ⁊ pars eius est ea que est superficietenus. Absoluta tamen est a subiectis ossibus a circũossali mẽbrano dyafractata idest separata: neqꝫ coadnata eis: sed per subtiles quosdam inulos idest villos coadiuncta. ¶ Attende quinto ꝙ licet musculus frontis non habeat chordam sed seipso moueat palpebras: villos tamen habet incedentes secũduz latitudinez frontis scilicet a superiori eius ad inferius versus palpebras. Et propterea dixerunt chirurgici ꝙ si fieri debeat incisio in fronte propter apostema vel aliud non debet fieri sm longitudinem frontis que est a timpore ad timpus neqꝫ sm incessum rugarũ seu plicaturarum frontis que in longitudinem protenduntur vt fit in alijs membris: q: villi frontis sic inciderentur sm eoꝝ latitudinez ⁊ ita deciderent pars cutis frontis ⁊ supercilia versus oculos prohibentes eos a pfecta apertione: sed oꝫ incisio si fiat in fronte sm latitudinem frontis fieri.

¶ De anatomia musculorum mouentium oculos. Capitulum. iiij.

m Musculi[a] vero oculum mouentes sunt sex. Quoꝝ quatuor in quatuor eius lateribus consistunt: sursum ⁊ deorsum: ⁊ duo almacheni. Unusquisqꝫ enim illorũ ad suam partem mouet. Et sunt duo musculi ex transuerso incedentes: qui sm rotunditatem mouent. ¶ Ab oculo[b] vero posterius est musculus qui neruum concauum quez post nominabimus sustentat propterea ꝙ cum eo cõmiscetur ⁊ con-

¶ De anatomia musculorum mouentium oculos. Capi. iiij.

m Musculi vero oculum ⁊c. ¶ In hoc capitulo primo agit princeps de sex musculis mouentibus oculum. Secundo de officio vel operibus musculi sustentantis neruum opticum: ibi [Ab oculo vero] Tertio de vnitate vel pluralitate illius musculi: ibi [Et huius quidem.]

a ¶ In prima parte dicit ꝙ musculi mouentes oculum sunt sex. Et quatuor ex eis situati sunt in quatuor lateribus oculi: scilicet vnus supra oculum: alius infra: ⁊ duo almacheni idest angulares: scilicet vnus versus angulum oculi interiorem prope nasum: ⁊ alius versus angulum exteriorez prope timpus. Et quilibet horum musculorum mouet oculum versus suam partem. Et vltra quatuor dictos musculos sunt alij duo qui transuerse incedunt ⁊ mouent oculum sm rotunditatem.

b ¶ Ab oculo vero ⁊c.] ¶ In secunda parte dicit ꝙ retro post oculum scilicet in parte interiori est vnus musculus qui sustentat neruum concauum: videlicet opticum seu visiuum: qui post nominabitur: scilicet capitulo secundo summe sequentis: ⁊ capitulo primo tertie fen tertij can. Et iste musculus dicitur obstentare neruuz opticum proptera ꝙ miscetur cum eo ⁊ continuat sibi

⁊ prohibet

⁊ prohibet dictum neruum a relaxatione inducente aliohodid est passionem ex qua oculi egrediūtur propter hoc ꝙ retinet ipsum neruum ⁊ oculum cum inspicit attente aliquod visibile.

c [Et huius ⁊c.] In tertia pte dicit ꝙ accidit de diuisione pāniculis ligamentalibus huius musculi posterioris aliquid vnde idest propter quod peruenitur ad dubietatem in esse eius: vtrum. s. sit vnus vel plures. Aliqui enim anatomicorum tenent ꝙ ē vnus: alij ꝙ sunt duo: alij ꝙ sūt tres: ⁊ quicquid sit de hoc caput huius musculi nō est nisi vnū. Attende primo ꝙ q: visio fieri non potest nisi s̄m rectā lineaz a visibilibus ad oculum protensam creator ordinauit oculum voluntarie mobilem quatinus videremus non solum que sunt directe ante nos: sed ⁊ ea que sursuz sunt ⁊ que deorsum: ⁊ que a dextris ⁊ a sinistris: Juxta illud Galieni. 10. de vti. parti. ca. 8. Nō ex omni positione qdlibet est visibile oculis sicut audibile auribus. Nec eniz ex obliqs neqz ex posterioribꝰ neqz ex superioribus vel ab inferius: neqz aliter nisi s̄m rectitudinez pupille est videre oculis. Si igitur immobiles totaliter ⁊ s̄m rectitudinez solum videntes facti fuissent oculi omniphariam vtiqz videremus modicuz. Propter hoc igitur ipsi potenti vsqz plurimum circunduci faciliter mobilez operatus est colbaz: idest partem oculi anteriorem siue pupillam. Et id circo maxime duo distātes facti sūt abinuicem digna ratione: qui altero nanqz fiunt ceci illa que secus illuz oculuz non vident etiam si approximauerint. Attende secundo ꝙ q: motus oculi recti sunt quattuor vnus sub: alter supra vnus a dextris: alter a sinistris: ⁊ eorū quisqz sibi proprium requirit musculuz: ideo sunt ad hos musculi totidem deputati. Juxta illud Galieni nunc allegato capi. Quoniam igitur motus oculorum sunt quattuor: vnus quidem cum intus versus nasum adducuntur: alius aūt cum extra versus paruum cantum idest angulum abducuntur: alius vero cum tenduntur superius versus supercilia: alius autem cum trahuntur inferius versus poma: rationabile fuit ⁊ duces motuuz musculos equales numero fieri. Itaqz ⁊ facti sunt duo quidem ex obliquo idest a lateribus: vnus scilicet s̄m vtrumqz cantum idest angulum: alij vero duo ab inferius quidem alter: desuper vero reliquus. Anneruati vero omnes idest alligati simul vnum circulum faciunt tenontis ampli: idest chorde late ad iridez declinantis idest ad partem oculi anteriorem que dicitur prunella oculi: ⁊ iris propter similitudinez quam habet cum arcu celesti in varietate colorum. Juxta illud Gal. libello de introductione medicoruz capi. vltimo. In medio albi oculi est irinus circulus varijs coloribus: quare ⁊ iris nominatus est ab ea que ad iriz aeris similitudine. Attende tertio ꝙ ad perfectionem visionis ex multis partibus simul non suffecerunt oculorum motus recti: sed necessarij fuerunt motus circunductionis gratia quorum natura creauit duos oblique positionis oculum circunducentes: vnum s̄m palpebram inferiorem extensuz: alium versus paruum angulum extrinsecum. Juxta illud Gal. nunc allegato capitulo. Quoniā autem ⁊ circunduci oculuz melius erat alios natura creauit duos musculos obliquos positione: vnum scilicet s̄m alteram palpebrarum desuper: ⁊ alterū ab inferius versus paruum cantum extensos. Quocirca ⁊ per hos nihil minus vbiqz oculum prompte conuertimus ⁊ circunducimus. Attende quarto ꝙ quia neruus opticus a cerebro deferens spiritus visibiles ad oculum est mollissimus inter neruos ⁊ simillimus medullari substantie cerebri necessarium fuit aliquid quod ipsum substentaret in via eius ad oculum ne sua mollicie relaxatus faceret oculum prominentem nimis ⁊ velut exeuntem ne etiam rumperetur facile in vehementibus motibus. Natura ergo interius musculū produxit: ⁊ alligauit neruo quatinus per ipsum substentaretur ⁊ prohiberet rumpi. Juxta illud Galieni nunc allegato capi. Est autem ⁊ quidam alius musculus magnus circa radicem oculi constringens quidem ⁊ custodiēs nerui mollis implantationem: supertendens vero ⁊ alleuans sursum ⁊ adhuc conuertens oculum. Scinderetur enim prompte mollis ille neruus in vehementibus circa caput decidentibus commotus violenter nisi vndiqz gubernaretur ⁊ comprehenderetur ⁊ omnino custodiretur. Attende quinto ꝙ quando oculus foras exit sine percussione singnificat paralysim dicti musculi. Et quando foras exit in percussionibus vehemētibus si videt oculus signum est rupture predicti musculi: ⁊ si non videt signum est rupture nerui optici. Juxta illud Galieni capi. nunc allegato. Et si vidisti vnqz alicuius prominentem totum alterum oculum si adhuc videt ⁊ si non percussione fuit passio facta extensum esse scias huic mollem neruum illum in paralysi musculi nequaqz resistere neqz detinere neqz constringere ipsuz potentis. Si vero in percussione forti contingerit prominentem fieri oculum si adhuc videt musculus ipse solus: si vero neqz qz neruus ruptus est. Attende sexto ꝙ quidam moti sunt ad dicendū ꝙ dictus musculus est tantum vnus. Primo quia habet vnicum caput. Secundo quia habet vnicam operationem scilicet sustentare neruum opticum. Tertio quia habet vnicam vtilitatem scilicet prohibere oculum ab exitu. Alij dixerūt ꝙ sunt duo musculi: alij ꝙ tres propter multiplicem diuisionem pāniculorum ligamentaliuz vel diuersas emissiones ⁊ explātationes villorum. Juxta illud Galieni nunc allegato capitulo. Quibusdam quidem anatomicorum triplex quibusdam autem duplex esse videtur: quibusdam autem simplex. Et s̄z quasdam emissiones villorum ⁊ explantationes ipsuz distingunt. Sed siue vnum quis ipsum compositum ex pluribus siue duos siue tres voluerit dicere: vna est vtilitas omnium ipsorū ea scilicet que dicta est. Attēde septimo ꝙ musculi de quibus agitur in capitulo p̄senti sunt in toto quatuordecim: scilicet septem subseruientes oculo dextro: ⁊ totidem sinistro: quoruz duodeciz sunt anterius ⁊ exterius: ⁊ duo posterius ⁊ interius.

¶ Attende quinto ꝙ musculi timporum lesi faciliter ⁊ impetuose cõicant cerebro sua nocumenta duplici de causa. Prima est q: sunt cerebro propinquissimi. Secunda est q: cum cerebro cõmunicant per plures neruos scilicet per tres: quoꝝ duo prodeunt a tertio pari neruorum a cerebro nascentiuꝫ ⁊ vnus a quinto pari. Juxta illud Galieni vndecimo de vtilitate particularũ capitulo tertio. Si igitur sicut Hippocras dicebat que sunt propinqua ⁊ cõmunia ⁊ prima maxime malignantur: non autez propinquius q̃ꝫ timporales musculi nec per plures neruos cerebro magis cõmunicat alius musculus rationabile est exaudire eoruꝫ passiones principiũ. Propterea igitur ⁊ Hippocras quidem recte dicebat quoniam plage precipue stupefacientes timporales fiunt: hec Galienus. Sed in his verbis Galienus innuit ꝙ passiones musculorum timporalium inducunt stuporem. Et princeps hic dicit ꝙ inducunt frenesim qui sunt morbi penitus contrarij quare videtur ꝙ non ab eadem procedant causa. Dic ꝙ ſm species humorum qui cõmouentur per dolores ⁊ passiones musculorum timporaliũ ⁊ ſm ꝙ putrescunt vel non putrescunt ⁊ faciũt apostema vel non faciũt diuersi fiunt morbi sicut spasmi febres stupores freneses ⁊ desipientie. Juxta illud Galieni nunc allegato capitulo. Maxime enim hi omnium musculorum cũ patiuntur spasmos ⁊ febres ⁊ stupores ⁊ desipientiam inferunt. Vt igitur minime patiantur ab eis que extrorsum occurrũt eis quecũqꝫ quassare ⁊ incidere nata sunt: vt sepez alterius nature in circuitu circũposuit ossium duriciem. ¶ Attende sexto ꝙ Galienus super loco originis chorde musculi timporalis sibimetipsi dissidere videtur. Ait enim vndecimo de vtilitate particularum capitulo quarto. Hec igitur est constructionis in fallatia timporalibus musculis: finiens autem alteruter ad vnuꝫ tenontem magnũ idest chordam: implantatur summitati inferioris gene superuellens eam si tendatur. Ex quibus verbis elici potest ꝙ a fine siue cauda musculi timporalis chorda eius oritur. Sed capitulo quinto libri eiusdem ait. Timporales autem ⁊ qui eis opponuntur ab inferius qui aperiunt os alijs vniuersis sunt dissimiles musculis: ex timporalibus enim medius tenon idest chorda explantatur: quez ad summitatez inferioris gene: que superius trahit̃ dicebamus applicari. Non enim inuenies ſm aliquem aliũ musculũ aliquam explantationem talem tenontis. Et paulopost dicit ꝙ in nullo aliorum musculoꝝ existit hoc scilicet ex medijs timporaliũ explantari tenontem. Dic ꝙ reuera chorde timporalium musculoꝝ trahunt ortum ab eorum medio. Et dum dicit Galienus ꝙ alteruter finiens ad vnum tenontem magnum implantatur summitati ⁊c. intellige de fine ſm latera non ſm caudam musculi. ¶ Sed queret aliquis vnde est ꝙ musculi timporũ necessario emittunt chordas tam magnas: ⁊ quare a medio sui ⁊ alij non. ¶ Ad primam harum questionum respondet Galienus capitulo quinto vndecimi de vtilitate particularum dicens. Quoniam siquidem non per tenontes ita magno gena retenderetur primo quidem rũperetur multotiens: iam pondus tam magnorũ nequiens complantatoꝝ corporum sustinere. Deinde neqꝫ vtiqꝫ moueretur faciliter: neqꝫ enim supuellere eam minor alius tenon neqꝫ substantia carnosa posset. Ad secũdam vero respondet ibidem prolixius dicens. Propter quam autem causam in medio musculorũ hic tenon explantatur iam dicam parũ rursus rememorãs ⁊ hic eius quod a principio sermonis iam mihi predemonstratũ est: cuius capl'm idest summa fuit: ĩ fallatia multa egẽtes timporales musculos marginari vndiqꝫ ossibus vt parum solũmodo emineant ab eoruꝫ concauitate. Si enim huius memineris: sciueris autem ⁊ particulas capitis: iam tibi aderit sillogizare: quoniam si longos ſm longitudinem eius in rectitudine summitatũ allates posuisset musculos hos natura nullũ vtiqꝫ eis ingeniari tegimen adinuenisset: ⁊ cũ hoc ibi quidem tumorem magnũ fecisset: vacua vero ⁊ contracta totaliter reliquissꝫ loca in quibus nũc sunt: nec enim aliqua alia particula ibi locationez habuisset idoneam neqꝫ oculus neqꝫ nasus neqꝫ auris. Princeps autem reddere videtur aliam causam vt scilicet chorde sint firmiores: maius enim est musculi mediũ extremis eius ⁊ sic firmior ⁊ maior orietur: ab hoc chorda. Sed decimoquarto animaliũ circa finem videtur sensisse princeps ꝙ ab vnoquoqꝫ tẽporalium musculoꝝ tres nascantur chorde ⁊ ꝙ haruꝫ tertia nascitur a medio musculi. Ait enim ibi. Et quilibet istoꝝ duorum musculoruꝫ habet nascentes chordas magnas ⁊ paulopost subdit. Et chorda tertia istoꝝ duoruꝫ musculorum nascitur a medio istorum duoꝝ musculoruꝫ non ab extremitate vt sit fortior. ¶ Attende septimo ꝙ princeps ibidem sic describit musculos duos iuuantes temporales. Et isti duo musculi iuuantur per alios duos musculos ⁊ veniunt illi duo musculi interius in ore: ⁊ descendunt in mandibula inferiori quasi in foueam: quoniam erectio ponderosi indiget virtute intensa.

¶ Attende octauo ꝙ in vltima clausula presentis textus vel est vitium inutilis repetitionis: vel per scriptores altera partium eius que per translatorem margini fuit inserta textui fuit inscripta vel primam partiũ eius intellexit princeps de chordis temporaliũ musculoruꝫ ⁊ secundam de chordis musculorum adiuuantium. Sed id contrarium esset Galieno dicenti ꝙ in nullo alioꝝ musculorum existit hoc scilicet ex medijs explantari tenontem: nec etiam princeps 14. animalium idem repetit sicut hic.

d ¶ Musculoꝝ aperiendi ⁊c.] ¶ In hac parte quarta primo agit princeps de ortu villoꝝ musculorum aperientiũ os ⁊ coadunatione eorum in musculuꝫ ⁊ consequenti diuisione in chordam ⁊ iterata coadunatione in musculum. Secundo de loco applicationis ⁊ opere dictorũ musculoꝝ ibi [Deinde mandibule] Tertio dat causam quare duo musculi aperiẽtes os non habuerunt coadiutores sicut claudentes id ibi [Et propterea.]

¶ In prima particula dicit primo ꝙ villi musculoꝝ aperientiũ os ⁊ facientiũ inferius descendere mandibulam inferiorem oriuntur ex additamentis albilirieti idest acularibus ab acu sic dictis quia sunt similia acubus que retro post aures creata fuerunt. Secũdo dicit ꝙ isti villi descendunt a dictis locis post coniunguntur ⁊ fiunt vnus musculus per admixtionez carnis cum eis. Tertio dicit ꝙ dicti villi postq̃ꝫ constituerunt musculũ separantur a carne ⁊ fiunt chorda vt augmentent firmitudinem. Quarto dicit ꝙ dicti villi iterum sparguntur seu ramificantur ⁊ carne replentur: ⁊ fit musculus ex eis ne sint preparati ad nocumenta recipienda propter tensionem sicut sunt chorde.

¶ Deinde mandibule ⁊c.] ¶ In secunda dicit ꝙ iste musculus vltimo genitus ex dictis villis iterũ collectis obuiat idest applicatur reflexiomento mandibule inferioris. Et quando contrahitur trahit mandibulã retro ⁊ tunc mãdibula proculdubio descendit.

¶ Et propterea ⁊c.] ¶ In tertia dicit ꝙ hi duo musculi apiẽtes os ⁊ facientes descendere mandibulaꝫ suffecerunt ad hos actus propter hoc ꝙ naturalis grauitas ossis mandibule iuuat ad descensum eius: ⁊ non indiguerunt isti duo musculi adiutorio alioꝝ musculoꝝ sicut illi duo qui claudũt os leuantes mandibulam. ¶ Attende primo ꝙ retro circa radicẽ auriũ ossa duo gracilia oblonga adinstar acus nascuntur ⁊ dicuntur arabice alhilirieti ⁊ latine additamẽta acularia quia sunt addita occipiti ⁊ acubus assimilantur. Et dicunt̃ a Galieno vndecimo de vtilitate particularum explantationes colũniformes ⁊ ⁊ graphiformes ⁊ acuformes quia sunt oblonga sicut columne vel graphij vel acus. ¶ Attende secundo ꝙ villi musculorũ aperientium os sunt duplices. Quidam sunt ligamentales: ⁊ hi nascuntur ex substãtia ossium aculariũ. Alij sunt neruosi sumentes ortum a tertio pari neruorum egredientiũ a cerebro. ¶ Queret hic aliquis quid opus est musculis ad inferius trahendũ mandibulam inferiorem cum naturaliter inferius suo pondere descendat. Dic ꝙ sunt necessarij ad contraoperandũ musculis os claudẽtibus. Juxta illud Galieni vndecimo de vtilitate particularũ capitulo quarto. Oportet igitur esse aliquos eis musculos qui aperiant econtra vellentes ad contraria. ¶ Sed instabit aliquis q: sola ociositas vel cessatio ab opere musculoꝝ timporaliuꝫ sufficere videtur ad oris apertionem: quia tunc mandibula suo põdere deorsum tendet. Dic ꝙ non nisi trahatur per dictos musculos qui os aperiũt propter eius innexionem in parte superiori roboratam ligamentis fortibus. Cuius rei signuꝫ est ꝙ plurimi hominum dormiunt ore clauso. Item in oris apertione gradatio ſm plus ⁊ minus est vtilis ⁊ necessaria: quare sibi proprij sunt

adaptati musculi. ¶ Attende tertio ꝙ isti musculi sunt totidem vt tempora/
les econtrario siti videlicet deorsum in gena sicut timporales sursuz. Juxta il/
lud Galieni nunc allegato capitulo. Musculi quidem ipsi duo numero sunt
sicut ⁊ temporales alteruter alterutri sm alterutram partem inferioris gene
oppositi. ¶ Attende quarto ꝙ hi duo musculi habent principiuz sue genera/
tionis ex posterioribus partibus capitis ⁊ implantantur mandibule inferiori
in loco post genam ⁊ circa
mentū ex intrinsecis parti
bus. Juxta illud Galieni
nunc dicto capitulo. Prin
cipiuz vero gene rationis
hnt ex posterioribus parti
bus capitis vbi sunt colū/
niformes explantationes.
Ita enim ꝯsuetudo est no/
minare anatomicis eas q̄
sunt sm has partes subti/
les ossium capitis germi/
nationes: tibi autem licet si volueris vocare eas graphiformes ⁊ acuformes.
Implantatur autem inferiori gene post flexionem mox vsqz ad regionez que
est sm anthereona idest parte que post genam inferiorez annexus vnus alter/
utrinqz ex intrinsecis partibus: hi igitur si tendātur aperiunt os sicut tempo/
rales claudunt: hec Galienus. ¶ Attende quinto ꝙ hi duo musculi qui sz si/
tum ⁊ operationem sunt oppositi timporalibus musculis in hoc differunt ab
omnibus alijs musculis ꝙ eoruz extreme partes carnose sunt ⁊ medie neruo
se: ita ꝙ a substantia carnosa ⁊ musculosa incipiūt ⁊ in sui medio chordaz ha/
bent ⁊ in substantiam finiunt musculosam carneam. Juxta illud Gal. vndeci/
mo de vtilitate particularum capitulo quinto. Vterqz autem oppositoruz eis
a parte que est retro capitis explātatus postq̄z aduocata parisima idest amig/
dalas seu glandulas fautium ⁊ flexionem peruenerit inferioris gene non ad/
huc est musculus sed certus fit tenon: idest chorda nudus ab omni substantia
carnosa. Sed hoc quidem ⁊ alijs inest musculis scilicet ad tenontes desinere
Quod autem est propriū precipuū vtiqz horum ꝙ neqz sm aliquem alioꝝ mu
sculorum est iam dicam. Tenontum idest chordarū horum alteruter modicū
ꝓcedens non adhuc tenon est sed mox musculus fit inferiori gene inferius im
plantatus vt antea dictū est. Manifestū igitur est quoniam partes horuz mu/
sculoruz in principio ⁊ in fine carnose: neruose vero in medijs quod in nullo
aliorum musculorū existit. Sed queret aliqs in hoc causam diuersitatis ⁊ qua
re non explantantur isti duo musculi ab inferioribus partibus sub maxilla in
feriori. Hec enim regio propria videtur ipsoꝝ ortui. Juxta illud Galieni nunc
allegato capitulo. Propria enim eoruz explantationis regio non erat a retro:
vnde nunc explantantur sed anteriores partes colli. Sic enim maxime sm re
ctitudinem proprij principij alteruter traheret inferius genam. ¶ Ad secun/
dam questionem primo respondet sic Galienus nunc allegato capitulo. Sed
si quidez locati fuissent hic ab his qui sm collū videlicet spondilibus explan
tati angustationem non paruam ipsi habuissent primi maxime ⁊ alijs vniuer
sis particulis prebuissent quecūqz ibi locate sunt: fere enim in nulla parte cor
poris alia sz paruam ita regionem est videre tantuz numerū organorū: ⁊ neqz
transponere aliquid eorum melius fuit neqz stomachū idest ysophaguz: neqz
tracheam arteriam neqz laringam idest epiglotum: multo autem magis neqz
circūadiacentes eis musculos: neqz venas neqz arterias neqz adenes idest glā
dulas neqz neruos. Manifestuz autem est quoniam ⁊ cibaria ⁊ potus ⁊ spiri/
tum per hanc oportebat incedere viam: ascendere vero rursus efflationem ⁊
vocem. Quare rationabiliter qui inferiorem genam aperiūt musculi nequaq̄z
ob ossibus qui sm collum explantati sunt: sed vnde dictum est. Consequē
ter soluit ibi primam questionem scilicet cur hi musculi sunt in medio neruosi
⁊ carnosi in extremis: dissimiles in hoc facti ceteris musculis: dicens. Et vbi
maxime plena erat organis multis regio nudis carnibus in partibus que sm
parisima: idest amigdalas faucium alteruter eorum tenon subtiliatus est id
est vterqz dictoꝝ musculorū factus est chorda subtilis denudata a carne: gros/
siores: si enim essent non habuissent transitū preangustatione. Deinde respon
det obiectioni tacite scilicet ꝙ hi musculi poterant fieri tenues velut chorde
sine hoc ꝙ fuissent iteruz carnosi facti: ⁊ dicit. Si aūt facti fuissent musculi te
nues sicut hi sunt scilicet dicti tenōtes: sufficiēter vtiqz idest nimis fuissent im/
becilles. Quocirca q: difficile passibiles eos oportuit fieri ⁊ strictus rationa/
biliter natura abstulit quidem totam eorū sm hoc carnem solos ⁊ nudos pro
ducens tenontes. Quando vero primuz extra angustationem constituit: tunc
iam paulatim conuertens carnē musculos rursus ipsos operata est: hec Gal.
Sed princeps hic aliam assignat cām: dicit enim ꝙ hi duo musculi sunt chor
da vt augeant firmitudinez: ⁊ iterū carne replentur ⁊ fiūt musculi ne sint pre/
parati recipere nocumenta propter tensionem. Eandem fere causaz ipsemet
exhibet. 14. animaliū dicens. Sed musculi aperiētes os cū quibus descendit
mandibula inferior nascunt ab additamētis similibus acubus que sunt post
aures ⁊ descendunt ⁊ faciunt ex se musculuz. Et facit ex se chordam vt sit for/
tior. Et a chorda spargunt iterum fila: ⁊ illa fila faciunt iteruz musculū ex im/
pletione carnis. Et illud est quoniam si esset vnus magis exponeretur occa/
sionibus.

runt. ¶ Masticandi vero musculi sunt duo. Ab vnaquaqz eniz parte vni muscu lo triāgulato cuz eius caput positus fuit angulus qui ex suis angulis in facie con sistit duo protenditur latera: vnum ad mandibulam descendit inferiorē: ⁊ alte rum ad partem paris ascendit. Et inter

e ¶ Masticandi vero ⁊c.] ¶ In hac parte quinta primo tangit pnceps nu
merū musculoꝝ masticandi dicens ꝙ musculi masticandi sunt duo. Secūdo
figuram hoꝝ musculoꝝ ⁊ causam ipsius ibi [Ab vnaq̄qz] ¶ Et innuit in hac
parte secūda quattuor propositiones. ¶ Prima est ꝙ vterqz musculoꝝ masti
candi est triangulatus seu triangularis figure. ¶ Secūda est ꝙ caput cuiusqz
dictoꝝ musculoꝝ est sicut vnus angulus in facie existens de numero angulorū
musculi triangulati. ¶ Tertia est ꝙ a capite musculi triāgulati velut angulo
protendūtur duo latera: quoꝝ vnū descendit ad mandibulam inferiorem. Et
alterū latus ascēdit versus ossa paris: ⁊ inter hec latera vasis trianguli seu mu
sculi triangulati continuat. ¶ Quarta est ꝙ quilibet angulus musculi trian
lati cōmiscet parti faciei que est in directo ipsius vt ipse musculus habeat di/
uersas ptes in ꝯtrahendo ⁊ non sit ei motus equalis. i. ꝯtractio sm rectitudi
nem: sed possit inclinare seu mouere mandibulā diuersis declinationibus vt
molitio cibi ⁊ masticatio cōpleant per varias declinationes. Sed more solito
magis iuxta litterā expositionē ꝓsequamur. Ait qdem primo princeps ꝙ duo
latera protendunt musculo triangulato ab vnaquaqz parte qn̄ caput muscu
li fuerit positū velut vnus angulus qui ex suis angulis in facie cōsistit. ¶ Se
cundo dicit ꝙ vnum illorum duorum laterū descendit ad mandibulā inferio
rem: ⁊ aliud ascendit ad partem ossium paris ⁊ basis recta ꝯtinuat inter hec

duo latera ⁊ sic habes triangulum integrum. Tertio dicit ꝙ quilibet angu/
lus dicti musculi triangulati commiscet cum parte faciei que est coram eo pro
pterea ꝙ musculus iste habeat diuersas partes in contrahendo mandibulam
⁊ non fit ei motus eq̄lis idest rectus sed flectere valeat mandibulaz declinatio
nibus diuersis vt masticatio ⁊ mollitio ciboꝝ per eas compleant. ¶ Attende
primo ꝙ duo masticatorij musculi facti gratia circulationū in masticatōe cibi
necessariū constituunt car
nositatem que apparet in
pomis maxillarū. Juxta il
lud Galieni. 11. de vtili. pti
cularū capi. 4. Alij aūt ad
eas que in masticationib9
circūallationes gene a na/
tura facti duo musculi qui
⁊ maxillaꝝ quod carnosuz
operantur. ¶ Attende se/
cundo ꝙ quorūdam medi
corum fuit opinio ꝙ vter/
qz duorum masticatoriorum musculorum est tres musculi: quia tres sunt eius
anneruationes implantate ad genas velut principia. Juxta illud Galieni nūc
allegato capitulo. Horum vero quemlibet quidam non vnum musculuz sed
tres esse putant quoniam tres sunt ipsorum velut principia quedam annera/
tiones vel tenontes vel deplantatiōes ad genas. ¶ Attende tertio ꝙ vterqz
masticatoriorum musculorum triangularis existens habet summitatem seu ca
put eius versus pomum maxille: ⁊ inde trahitur vna trianguli costa versus
finem ossium paris: et alia versus genam inferiorem: ⁊ tertia velut ba/
sis supertendit primis partibus inferioris gene. Juxta illud Galieni ca. nunc
dicto. Triangularis enim quodāmodo est vterqz musculorū velut summitatē
quādam trianguli apud vocatuz pomum habens. Ab hinc aūt vna quidem
versus iugalitatis idest ossium paris finem tenditur costa trianguli. Alia vero
versus inferiorem genam. Reliqua vero ⁊ tertia velut quedam basis ambas
subiugans predictas costas: totis primis partibus inferioris gene supertendi/
tur sm longitudinē eius. ¶ Attende quarto ꝙ masticatorius musculus est ner
uosissimus sub pomo maxille scilicet in illa sui parte que dicit summitas aut
caput eius. Juxta illud Galieni ibidem. Est aūt neruosissimus suipsius sm lo
cum qui est sub pomis musculus iste vbi habet id quod est velut summitas.
¶ Attende quinto ꝙ masticatorius musculus habet villos multipliciter trās
uersos successiue mouentes mandibulam hincinde vt masticationis actus
multiformis fiat. Juxta illd Galieni ibi. Mouet aūt ⁊ circūducit genam: alias
alijs inulis idest villis ⁊ de plātationibus a natura vt sibi inuicē succedētibus
motibus qui in masticationibus actus multiformis fiat. ¶ Attende sexto ꝙ di
cti musculi triangulares proprie dicuntur masticatores q̄zuis temporales hoc
nomine etiam participent sm ꝙ in masticationibus prebent vnum actum sci
licet applicationem vehementem dentium adinuicem ad frangendum cibus.
Juxta illud Galieni capi. nunc dicto. Decenter igitur nominant musculos
hos masticatores maxime q̄zuis ⁊ temporales participent hac nuncupatione
Hi enim vnum solum actum in masticationibus prebent scilicet vehementer
ad inuicem applicare dentes. Ad quod sequitur frangi quicquid in interme/
dio adiacet. Sed hoc scilicet seu a molendino a molaribus leniri cibum ma/
sticatoriorū opus est musculorom: hi enim ipsi ⁊ transmutant cibaria ⁊ que a
dentibus excidunt rursus aggrediuntur tensi ⁊ circūtracti temporalibus mu/
sculis nihil ad hoc conferentibus. ¶ Attende septimo ꝙ ad actum perfecte
masticationis lingua concurrit ab intra velut manus subimplens dētibus ma
xillaribus partes cibi que euaserant perfectam contritionem. Et ab extra ma
sticatorius musculus similiter vt alia manus impellens circa cibos operatur.
Et inferiores maxillarum summe coadiuuant. Juxta illud Galieni ibidem.
Sed lingua quidem non parum operatur ad hunc actum velut manus semp
permutans ⁊ vertens eum qui in ore cibum vt omnis eius pars similiter con
teratur. Extrorsuz autem vnus ex alterutra parte masticatiuus iste musculus
velut alia quedam manus adiutrix lingue constructus est. Maximum autem
ad hoc auxilium ei prebent inferiores fines maxillarum qui sunt versus labia
atqz perueniunt subtiles ampli musculi vnus sm alterutrā partem toti collo
i. parti extreme labij circūpositi. Sed queret hic aliquis cū masticatiōis actus
fortior sit ⁊ pmanentior oris clausione ⁊ aptione q̄re musculi masticatorij non
fuerunt plures ⁊ maiores his qui apiūt os: ⁊ his q claudūt sicut dentes ad ma
sticationem ordinati plures ⁊ maiores alijs fuerūt. Pro solutione. Attende ꝙ
inter musculos ordinatos ad motum mandibule superioris talis est ordo sua
rum magnitudinum: ꝙ musculi temporales eleuantes mandibulaz sunt oīuz
maximi: ⁊ deprimētes minimi: ⁊ masticatorij medij situ ⁊ magnitudine. Juxta
illud Galieni vndecimo de vtilitate particularum capitulo sexto. Differentiā
vero que est in magnitudine eorum ⁊ principium neruorum mouentium si vo
lueris considerare mirabilem ⁊ hic iusticiam inuenies nature: si demum eos
quidem qui velut dependentem ⁊ suspensam ex eis totam inferiorem genam
sustinent ⁊ portant rationabile est ordine maximus fieri. Oppositos eis ab in
ferius seu versus illas partes mouētes ad quas ⁊ naturaliter repit omne gra
ue minores multū. Medios vero esse magnitudine reliquos sicut ⁊ medij po
sitione existunt. Ex his patet solutio quesiti scilicet ꝙ musculi tēporales sunt
maximi oīuz mouentium inferiorem mandibulā q: difficilius ē mādibulā ele
uare ⁊ sustinere eleuatā q̄z eā deprimere vel circūducere: ⁊ deprimētes eā sunt
oīuz minimi: q: facillimum est graue qd̄ nāliter deorsuz tendit inferius trahe/
re: masticatorij vero sunt horum medij quia circūductio mandibule facilior ē
eleuatione ⁊ difficilior depressione. Ad id etiam accedit alia ratio magnitudis
musculorum temporaliuz scilicet quia sunt molles eo ꝙ sunt cerebro proximi
oportuit igitur ex magnitudine eorum suplere debilitatem que ex mollicie eo
rum contingebat. ¶ Ad obiectum ꝙ masticationis actus est fortior ⁊ perma/
nentior clausione ⁊ apertione concede de clausione sed nega de apertione ⁊
permanentia in ea. Et cum arguitur a simili de dentibus masticatorijs ꝙ sunt
plures ⁊ maiores alijs concede hoc propterea ꝙ actus masticatoriorum sunt
fortiores ⁊ permanentiores in homine q̄z sit actus dualium ⁊ quadruplorum:
scilicet incisio ⁊ caninorum videlicet fractio: q: cum homo sit animal arte ⁊ ra
tionibus viuens ⁊ manibus ac instrumentis idoneis ad incisionem ⁊ fractio
nem vtens non indiguit fortitudine dualium quadruplorum ⁊ caninorum dē
tium non sic autem est de actibus musculorum masticatoriorum comparatio/
ne ad actus temporalium.

ea basis continuatur recta. Et commi scetur quisqz angulus ei quod ante ipm existit propterea ꝙ musculus iste diuer sas in contrahendo habeat partes: ⁊ nō sit ei motus equalis: sed diuersis possit inclinare declinationibus: ideo vt per eas mollitio ⁊ masticatio compleantur.

¶ De anatomia musculorum capitis. Capitulum. x.

¶ De anatomia musculorum capitis. Capitulum. x.

c Aput[a] proprios habet motus: ⁊ motus cū quinqꝫ colli spondilibus ꝯmunes per quos est motus cópositus ex declinatione capitis ⁊ declinatione colli simul. Unusquisqꝫ vero duorum motuum. s. proprius ⁊ ꝯmunis aut erit curuans anterius aut curuans posterius aut inclinans ad dextram aut ad sinistraꝫ. Et inter ipsos quidem ſm circundandi formam motus generatur conuersionis. ¶ Musculi[b] autem qui caput ad inferiora proprie curuāt sunt duo musculi qui a duabus descendunt partibus qui cuꝫ villis suis miscentur retro post aures a superioribus ⁊ ab osse thoracis ab inferioribus ⁊ eleuantur sicut continui. ¶ Est etiam cum quidē existimant ꝙ sint tres musculi: duo namqꝫ vnius eorum extrema ramificantur et fiunt eis duo capita. ¶ Cumqꝫ vnus eorum mouetur caput ad inferiora curuatur: ⁊ cum ambo mouentur caput ad anteriora temperate curuatur. ¶ Musculi[c] vero qui caput ⁊ collū simul anterius curuant sunt par sub meri posituꝫ quod ad partem spondilis prime ⁊ secunde vadit: ⁊ cuꝫ eis miscetur. ¶ Cumqꝫ pars ipsius que est ad partem meri contrahitur curuatur caput ad inferiora solum. Et si pars cum duabus spondilibus continuata operetur curuat ad anteriora etiam collum. ¶ Sꝫ musculi[d] qui soluꝫ caput ad posteriora curuāt quatuor sunt paria sub paribus que nominauimus posita. ¶ Et horum quidem pariuꝫ origo supra iuncturam existit. Et ex eis etiam sunt que ad simenia perueniunt. ⁊ ipsoruꝫ origo est longinquior medietate que est posterius. Et sunt ex eis qui ad alas perueniunt quorum origo est a medio.

c **Aput proprios ⁊c.** ¶ In hoc capitulo primo tangit princeps sub duplici diuisione diuersitates motuū capitis. Secūdo agit de musculis curuantibus caput solū ad inferiora ibi [Musculi aūt] Tertio de curuātibus caput ⁊ collū simul anterius ibi [Musculi vero] Quarto de musculis curuātibus solū caput ad posteriora ibi [Sꝫ musculi qui] Quinto de musculis q caput cū collo posterius curuant ibi [Musculi ṽo qui caput] Sexto de musculis inclinantibꝰ caput ad duo latera ibi [Musculi auteꝫ qui caput ad duo] Septimo de ꝓuidentia circa iuncturas capitis ibi [Iuncture preterea.]

a ¶ In prima parte sunt due diuisiones. Prima est hec. Motuū capitis qdaꝫ sunt proprij capiti. Alij sūt cōes capiti ⁊ ꝑmis quinqꝫ spōdilibus colli per quos scilicet spōdiles est motus cōpositus ex declinationibus capitis ⁊ colli simul. Uel expone per quos. i. inter quos motus cōmunes est motus cópositus ex declinatione capitis ⁊ declinatione colli simul. Secūda diuisio est ꝙ motuū capitis taꝫ propriorꝫ ꝗꝫ cōiuꝫ quidā curuat anterius alius posterius alius inclinat ad dextrū alius ad sinistrū. Et inter ipsos qui. s. inclinant ad dextrum ⁊ ad sinistrum generaꝛ motus conuersionis ſm formā circūdandi idest cōprehenditur motus circūducens. ¶ Attende primo ꝙ Gal. 12. de vtilitate particularū ca. tertio diuidit motus capitis in rectos ⁊ obliquos: secundo diuidit rectos in flexiuos ⁊ extensiuos: tertio diuidit obliquos in circūducentes ad latus dextrū ⁊ circūducentes ad latus sinistrū. Ait eniꝫ ibi. Dico autem genera quidem bina motuū rectorꝫ ⁊ obliquorū. Differentias vero ex alterutro genere. extensionem quidē ⁊ flexioneꝫ rectorꝫ. Ad sinistra vero ⁊ dextra circūductionem obliquorꝫ. ¶ Attende secūdo ꝙ motus capitis circūducentes in aliquo differunt a motibus inclinantibus caput ad dextraꝫ ⁊ ad sinistram: possibile enim est inclinare caput versus spatulā dextram ⁊ sinistrā sine quacūqꝫ circūductione: sed qꝛ omnis circūductio capitis vertit facieꝫ versus dextram aut sinistram partē ⁊ per eosdeꝫ musculos circūducitur caput ⁊ ad dextram vel sinistrā inclinatur: ideo sub inclinationibus capitis ad dextrā vel ad sinistrā comprehendit hic princeps circūductiones eius. ¶ Attēde tertio ꝙ sicut sunt quattuor modi motuū capitis sic sunt differentie quatuor musculorum quibus fiunt. Juxta illud Galieni capitulo nunc allegato. Quare ⁊ musculorum oportuit fieri motiuoruꝫ capitis quatuor differentias. Alij enim supereleuant id. Alij flectunt. Alij versus dextram ducunt. Alij versus sinistrā Et per flexionem intellige inclinationem capitis anterius.

b ¶ Musculi aūt ⁊c. ¶ In hac parte secūda que est de musculis curuantibus proprie caput ad inferiora primo agitur de numero ⁊ origine eorꝫ ⁊ imixtione suorꝫ villorꝫ. Secundo tangitur opinio quorūdaꝫ ⁊ motiuum dicentium dictos musculos esse tres ibi [Est etiam] Tertio modi motus qui proueniunt ab eis ibi [Cūqꝫ vnus.]

¶ In prima particula dicit primo ꝙ musculi qui curuāt proprie caput ad inferiora idest qui faciunt declinare caput solū sine collo ſm rectuꝫ ad imū sunt duo numero. Secūdo dicit ꝙ hi duo musculi descendūt a duabus partibus. Et intellige ꝙ ſm suos villos ligamentales descendunt a partibus capitis retro aures dextra ⁊ sinistra: ⁊ non ſm villos neruosos qꝛ ad istos musculos nō a cerebro sed a nucha veniunt nerui. Uel intellige ꝙ descendunt idest explantātur a duabus ꝑtibus nuche colli ſm villos ipsorꝫ neruosos. Uel intellige ꝙ trahendo caput ad inferiora descēdunt a dextra ⁊ sinistra partibus corporis versus capita sua: que sunt inferius respectu capitis. Uel intellige ꝙ descendunt idest villos sumunt a duabus partibus vel mittunt ad duas partes. s. aliquos a capite retro post aures alios a furcula. Et hec expositio magis respōdet passui simili huic. 12. animaliū cap. vltimo: vbi prin. ait. Sed musculi faciētes caput declinare ſm rectū ad imum sunt duo musculi descendentes a duabus partibus: ꝓpter hoc ꝙ auricule a superiori vestiunꝛ a suis texturis ⁊ furcula pectoris sub: ⁊ postea continuanꝛ ista duo ⁊ eleuantur in sursum. Tertio dicit ħ princeps ꝙ isti duo musculi miscentur cū villis suis retro post aures a partibus superioribus ⁊ ab osse. i. cū osse thoracis a partibus inferioribus. Et intellige ꝙ isti duo musculi porrigunt suos villos ⁊ implantant istis partibus scilicet superiori post aures ⁊ inferiori iuxta furculam. Uel intellige ꝙ explantātur eorū villi retro post aures ⁊ inferius descendentes furcule implantātur Juxta illud Galieni. 12. de vtilitate particularum capitulo sexto. Explantati autem de post aures sub eis perueniunt ad pectus ⁊ clauim idest furculaꝫ sibi inuicem continui. Quarto dicit: ꝙ eleuantur idest a furcula sursum ascēdunt sicut continui.

¶ Est etiam ⁊c. ¶ In secunda particula dicit aliquos medicos estimauisse musculos istos esse tres: ⁊ hoc ideo qꝛ extrema vnius eorꝫ. s. caput ⁊ cauda ramificantur idest diuiduntur in duos ramos scilicet caput in duo capita ⁊ cauda in duas caudas: ⁊ fiunt eis idest his duobus musculis duo capita. Sꝫ duodecimo animaliū in simili passu dicit princeps. Et fortasse putabitur ꝙ sunt tres musculi: quia sua capita ramificātur ⁊ fiunt quasi duplata. Et Galienus capitulo nunc allegato ait: ꝙ perueniunt ad pectus ⁊ clauim sibi inuiceꝫ continui: vt si quis vnum dicat esse triplicem non fallatur.

¶ Cūqꝫ vnus ⁊c. ¶ In tertia dicit ꝙ quando vnus horꝫ musculorū moueꝛ caput curuatur ad inferiora ⁊ quando mouentur hi ambo simul caput curuatur ad anteriora temperate. Sꝫ duodecimo animaliuꝫ in simili passu dicit. Et tunc quando mouetur vnus declinat caput ad imum ad suam partem. Et si ambo simul moueantur declinabitur caput equaliter.

c ¶ Musculi vero ⁊c. ¶ In hac parte tertia primo agit princeps de numero situ ⁊ applicatione musculorum anterius curuantium caput ⁊ collum. Secundo de suis operibus ibi [Cūqꝫ pars.]

¶ In prima particula dicit ꝙ musculi anterius caput inclinantes ⁊ colluꝫ simul sūt duo positi sub meri idest via cibi transeūtes seu protensi ad parteꝫ spōdiliuꝫ prime ⁊ secunde colli ⁊ cuꝫ eis miscentur idest ad has applicātur vel partibus imiscentur que sunt coram eis.

¶ Cunqꝫ pars ⁊c. ¶ In secūda dicit ꝙ quādo partes istorꝫ duorꝫ musculoruꝫ existentes prope meri contrahuntur flectunt solū caput ad inferiora ⁊ dum cōtrahuntur ⁊ operanꝛ partes ipsorꝫ continuate cum primis duabus spōdilibus colli deflectūt caput ⁊ etiā collū ad anteriora. ¶ Attēde primo ꝙ Galienus. 12. de vtilitate particularū capitulo sexto dicit hos musculos solū caput flectere per villos eorꝫ affixos duabus primis spondilibus: ⁊ inclinare caput ad latera cum suis villis obliquis: ⁊ flectere simul caput ⁊ collum versus anterius cū reliqs villis suis. Et sunt verba eius hec. Eorꝫ vero qui ante qui quidem subiacēt stō ſm primos quidem inulos. i. villos quibus ad primū ⁊ secundū spondileꝫ implantati sunt: ipsuꝫ solū flectunt caput cū eo ꝙ inclinant ad latera cū obliquis inulis ſm quos ⁊ musculorꝫ paruorꝫ habent propriā circūscriptionē: ſm vero reliquos flectentes collū simul cū eo innuere. i. inferius inclinare cogūt totū caput. ¶ Attende ṡo ꝙ princeps. 12. aialiuꝫ ca. sexto eandeꝫ quā hic refert sententiā sub alijs verbis dicens. Sed musculi qui declinant simul caput ⁊ collū ad anterius est vnū par positū sub hysophago ⁊ vadit ad partes superiores primi spondilis ⁊ secūdi: ⁊ incuruaꝛ cuꝫ eis. Et cū ꝯstringitur pars que vadit ad hysophagum conuertit caput solum. Et si operatur cuꝫ parte incarnata cum spondilibus declinabit collum.

d ¶ Sed musculi ⁊c. ¶ In hac parte quarta primo agit ꝑn. de numero ⁊ situ musculorꝫ curuantiū solū cadut ad posteriora. Scōo de origine ⁊ ꝓgressu eorꝫ in generali ibi [Et horꝫ qdem] Tertio de origine ⁊ progressu cuiusqꝫ quatuor pariū horum musculorum in speciali ibi [Et ex istis sunt] Quarto de motibus horum musculorum ibi [Duo prima paria.]

¶ In prima parti dicit ꝙ musculi curuantes solum caput ad posteriora sunt octo vꝫ quatuor paria posita sub paribus iaꝫ noiatis. ¶ Sed instabit aliquis quia musculi iam nominati sunt anterius positi: ⁊ isti octo posterius: ergo isti octo non substant illis. Item par primum predictorꝫ musculorꝫ eleuatur a furcula: ⁊ scōꝫ iacet sub hysophago: ⁊ isti octo nascunꝛ supra iuncturā capitis cū collo que altior existit furcula ⁊ hysophago. Dic ꝙ oēs musculi mouentes caput affiguntur ei ſm aliquam ipsius partem: ⁊ qꝛ octo musculi de quibus hic agitur affiguntur capiti magis inferius ꝗꝫ musculi predicti: ꝑcipue ꝗꝫ duo primi qui solum curuant inferius caput: ideo dicit hic princeps hec quatuor paria sub predictis musculis esse posita.

¶ Et horꝫ ⁊c. ¶ In ṡa dicit primo ꝙ origo predictorū quatuor pariū neruorum est supra iuncturam. i. in parte altiori ꝗꝫ fit iūctura capitis cū collo vꝫ circa occipitū. Scōo dicit ꝙ aliqui ex istis octo musculis ꝑueniunt ad simenia. i. terminanꝛ ad spinas: que retro a spondilibus explantanꝛ ⁊ eas defendunt: ⁊ origo istorꝫ est longinquior medietate que est: posterius. i. hi musculi non nascuntur ab illa parte posteriori que vere est in medio: sed a parte elongata aliquātuluꝫ a medio. Tertio dicit ꝙ sunt aliqui ex dictis octo musculis qui perueniunt. i. terminanꝛ ad alas spondiliū. s. ad partes spondiliuꝫ laterales vnde explantanꝛ ale: ⁊ isti musculi sumunt originem posterius a medio: qḋ equaliter distat a lateribus. ¶ Attende primo ꝙ musculi mouentes caput ad instar choree circūstant iuncturis capitis cū collo ad diuersa officia deputati. Juxta illud Gal. 12. de vtili. ꝑti. ca. 6. Musculi qui mouēt caput exn̄tes numero. 28. vel plures velut chorea quedā in circuitu circūstant: alij alio actu sibi ꝯmisso. ¶ Attende ṡo ꝙ non oēs musculi mouentes caput potuerūt implantari primis spondilibus duabus colli cū dicte spondiles sint minime oiuꝫ ⁊ dicti musculi numero multi ⁊ qdam ex eis magni: sed oportuit vt omnes a capite dependerent. Aliter non valuisset ad se quisqꝫ trahere caput. Juxta illud Gal. 12. de vtili. parti. ca. 7. Non igiꝛ fuit possibile maximū os puta craneū habere musculos qui ad alterutrum illorꝫ. s. spondiliū primorꝫ implantarentur. Sed necesse fuit a capite quidē eos dependere oēs: implantari aūt non oēs ad primos spondiles sed illos quos erat possibile. ¶ Attende tertio ꝙ musculoruꝫ mouētiuꝫ caput soli parui retro implantanꝛ primo spondili ⁊ ab ante illi qui suppositi sunt hysophago ⁊ a lateribus parui musculi qui capiti copulāt primum spondileꝫ. Juxta illud Gal. 12. de vtili. ca. 8. Rationabiliter neqꝫ vniuersi musculi qui mouent caput ad primū spondilem implantati sunt: sed ex posteriori quideꝫ ꝑte parui soli: ex anteriori vero prima portio submissorꝫ stomacho musculorꝫ ex lateribus aūt musculi parui qui primū spondilem copulant capiti. ¶ Attēde. 4. ꝙ hi octo musculi de qbus hic agiꝛ sunt adeo parui ꝙ locari potuerūt oēs conuenienter circa articulū capitis ⁊ colli. Juxta illud Galieni nunc dicto lib. ca. 6. Confestim. n. flectentiū ⁊ eleuantiū caput musculorꝫ octo qdem a retro circa articulū ipsum locati sunt parui. Et capi. 7. libri eiusdem ait. Paruissimi qdem omnium sunt qui a retro supererigunt id seu soli comprehendentes certitudinaliter articulationem. Quod enim alijs qui sunt in circuitu ex magnitudine aduenit: hoc his ex precipua positione fit.

¶Et ex istis sūt par quod ad duas prime spōdilis alas peruenit super par qđ ad secunduꝫ peruenit simenium. Et par cuius villus ex ala prime oritur ⁊ vadit ad simeniuꝫ secunde. Et eius quidē proprietas est vt capitis declinationem cuꝫ ipsum curuatur ad naturalem eleuet dispositionem sui transuersione. Et ex eis est par quartuꝫ quod a superioribus incipiens penetrat cum transuersione sub tertio ad ꝑtem siluestreꝫ ⁊ comitat̃ ꝑme spondilis alam. ¶Duo prima paria caput posterius sine declinatione aut cum declinatione valde ꝑua curuant. Et tertium declinationis rectificat torturam. Et quartum transuersione manifesta ad posteriora curuat. Et quicunqꝫ tertij ⁊ quarti solus declinauerit inclinabit caput ad suam partem. Et cum ambo retrahentur mouebitur caput ad posteriora conuersum absqꝫ declinatione.

¶Musculi[e] vero qui caput cum collo curuant sunt paria tria profunda et par vnum cooperiens. ¶Unūquodqꝫ impar eorꝫ est triangulus: cuius basis est posteri⁹ os cerebri: ⁊ quod ex eo remanet ad collum descendit. ¶Sed trium parium sub eo expansorum: vnuꝫ super duo latera spondilium descendit. Et aliud multū declinat ad alas. Et aliud per medium transit inter duo spondilium latera ⁊ duo extrema alarum. ¶Musculi[f] autem qui caput ad duo inclināt latera sunt duo paria capitis iuncturam comitantia. ¶Unius paris eorum locus est anterius. Et ipsum est quod inter caput ⁊ spondilem continuat secūdam cuius vnum impar est a dextra ⁊ alterum a sinistra. Et par secundum eorum est cuius locus est posterius ⁊ coniūgit inter spondilem primam: ⁊ caput cuius vnuꝫ impar incedit a dextra: ⁊ alterum a sinistra. ¶Et quodcūqꝫ vnum ex istis contrahetur caput declinabit ad partem ipsius cum transuersione. Et quicūqꝫ duo ab vna parte cōtrahentur declinabit ad eos caput absqꝫ transuersione. Quod si anteriores mouebuntur iuuabūt caput incuruando ad inferiora. Et si posteriores mouebuntur reducent caput ad posteriora. Et si omnes quattuor simul mouebūtur stabit caput recte. ¶Et hi quidem q̃ttuor musculi alijs musculis sunt minores. Uerūtamen eis locorum ipsorum bonitate: et quia sub alijs descendunt etiam musculis restauratum fuit quantū alij per magnitudinem habent. ¶Iuncture[g] preterea capitis due res necessarie fuere quibus due intētiones contrarie erant opportune. Una est firmitudo: et hec quidem pendet ex affirmanda iunctura: et vt parum moti-

¶Et ex istis ⁊c.] ¶In tertia dicit ꝑmo ꝙ ex dictis quattuor paribus musculorum primū par est qđ peruenit ad duas alas prime spondilis transeūdo super aliud par musculoꝝ qđ peruenit ad simeniū.i.spinaꝫ secūde spōdilis colli. Et istud par scđm dictoꝝ quattuor. Scđo dicit ꝙ tertiū ex illis paribus est par cuius villus oritur ex ala prime spōdilis ⁊ vadit ac terminat̃ ad simeniū seu spinam spondilis ꝫe. Et proprietas.i. ꝓpria operatio huius paris est vt erigat sua transuersione declinatioēꝫ capitis ad nālēꝫ dispositionem.i.rectū statum cuꝫ fuerit curuatū caput.i. ab ante declinans. Tertio dicit ꝙ quartū par ex dictis paribus est qđ incipit a superioribus ⁊ transuersaliter penetrat sub tertio pari tēdens ad siluestrem ꝑteꝫ.i. exteriorē ⁊ alam prime spōdilis occupat seu comitat̃. ¶Attende prīo ꝙ musculi quattuor ex octo musculis đ quibus agitur in hac parte sunt effectiui motuū rectoꝝ ⁊ explantantur ab osse laude ⁊ implantantur spine secūde spōdilis. Iuxta illud Gal.12. de vti.ꝑti.ca.6. Sed quattuor q̃dem de octo paruis rectoꝝ sunt duces motuuꝫ: explantati quidem ab osse qđ est ꝭm occipitiū supra articulationem: implantati aūt ad eā que est retro apophisiꝫ.i. spinam secundi spondilis ex parte primi que est ibi. Ex quo pꝫ ꝙ vbi scribitur in hac tertia ꝑticula ꝑsentis textus super par quod ad scđꝫ peruenit simeniū: dꝫ scribi super par qđ ad secūde peruenit simeniuꝫ. Prima .n. spondilis caret simenio sicut predictuꝫ est: ergo simeniū secūde spondilis ad quod implātatur hi quattuor non est scđꝫ ſꝫ primū simenioꝝ. ¶Attende scđo ꝙ duo ex reliquis quattuor paruis musculis retro positis effectiui sunt obliquoꝝ motuum ⁊ explantant̃ ab osse laude sicut predicti ⁊ oblique procedentes versus exteriora implantant̃ alis primi spōdilis. Iuxta illud Gal. nūc allegato capi. Reliquoꝝ vero quattuor duo q̃dem similiter predictis explantant̃ ab osse qđ est ꝭm occipitiū ⁊ obliqui versus extra abscedentes implantātur lateralibus apophisibus.i.alis primi spondilis obliquū toti capiti efficiētes motū. ¶Attende tertio ꝙ duo residui musculi de dictis octo copulant inuicem duos primos spondiles colli: ⁊ habent situs ⁊ actus ꝯtrarios sitibus ⁊ actibus duoꝝ nunc dictoꝝ musculoꝝ. Iuxta illud Gal. dicto ca. Reliqui vero duo primū ꝭo copulantes obliquā positionem habent ꝯtrarie predictis duobus musculis ⁊ motū oppositum. Illi enim caput habentes obliquuꝫ ad primum spondilem simul ei coadducunt scđm. Hi aūt ad id quod ꝭm naturam quod est esse rectū fientem eius inclinationem reducunt. Etenim positio eoꝝ est sicut triangulus: hec Gal. Ex his patet declaratio secunde tertie ⁊ quarte particularum presentis textus hoc animaduerso ꝙ par tertium apud Galienum ponitur quartum apud principem ⁊ econuerso.

¶Duo prima ⁊c.] ¶In quarta particula dicit primo ꝑnceps ꝙ duo prima paria musculoꝝ descriptorū in particula precedenti curuant caput retro sine declinatione vel cū declinatione valde parua. Secūdo dicit ꝙ tertium par ex paribus ibi descriptis rectificat torturā declinationis.i.caput tortuꝫ ⁊ inclinatuꝫ erigit ⁊ rectū reddit. Tertio dicit ꝙ par quartū curuat ⁊ inclinat caput ad posteriora trāsuersione manifesta. Quarto dicit ꝙ quicūqꝫ neruus tertij paris aut quarti solus sine compari caput declinauerit inclinabit caput versus suam partem. Quinto dicit ꝙ cū ambo musculi eiusdem paris retrahentur.i. contrahentur versus capita: mouebūt caput ad posteriora sine transuersione. Et hoc intellige de musculis trium primoꝝ parium: vel de musculis tertij paris solius: vel expone cū ambo.i. tertiū ⁊ quartuꝫ paria retrahentur mouebit caput ad posteriora conuersum sine declinatione. Et hec expositio consonat littere simili huic.12.animaliuꝫ ca.vlti.vbi sic scribit̃ hec particula vltima. Et duo paria prima declinant caput ad post recte sine declinatione obliqua aut modica: ⁊ tertiū erigit a declinatione obliqua: ⁊ quartū declinat ad posterius cum obliquatione manifesta ⁊ tertiū ⁊ quartū quod illoꝝ constrinxerit declinabit caput ad suam partem. Et si ambo costrinxerint mouebitur caput post recte sine aliqua declinatione.

e ¶Musculi vero ⁊c.] ¶In hac parte quinta primo agit ꝑnceps de numero musculoꝝ retro curuantiū caput ⁊ collū. Secūdo exequitur de pari quarto ipsoꝝ ibi [Unūqđqꝫ] Tertio de tribus ꝑmis paribus ibi [Sꝫ trium pariū.]

¶In prima particula dicit ꝙ musculi curuantes: idest retro declinantes caput ⁊ collum sunt octo: scilicet tria paria profunda ⁊ vnum par extrinsecum cooperiens alios musculos.

¶Unūquodqꝫ ⁊c.] ¶In secūda dicit ꝙ vnūquodqꝫ impar eoꝝ.s.musculoꝝ quarti paris est triangulus idest forme triangularis cuius basis est os laude ⁊ ⁊ residuum ipsius descendit ad collum.

¶Sed triū parium ⁊c.] ¶In tertia dicit ꝙ par primū trium pariuꝫ profundoꝝ extensoruꝫ sub nunc dicto pari descendit super duo latera spondiliū. Et secundū par eorum declinat multum ad alas ipsoꝝ spondilium. Et tertiū par ipsoꝝ transit per mediū inter duo latera spondilium ⁊ duo extrema alarum. ¶Attēde primo ꝙ in passu simili huic princeps sic scribit duodecimo animalium cap.vlti. Sed musculi qui declinant caput ⁊ collū sunt tria paria ⁊ sunt in profundum ⁊ vnum par quod cooperit ⁊ quodlibet illoꝝ est quasi trangulare ⁊ sua basis est maior q̃ꝫ postremuꝫ cerebri. ¶Attende secūdo ꝙ octo musculi de quibus hic agitur sunt maiores octo musculis de quibus actum est in parte priori. Et emittunt aliquos ex villis suis ad spondiles primuꝫ ⁊ secundum: ⁊ cum illis villis mouent solum caput. Et alios emittunt villos ad reliquos spondiles colli ⁊ cuꝫ eis mouent collū. Iuxta illud galieni duodecimo de vtilitate particularū ca.6. Maiores autēꝫ eis ⁊ alij ꝑ totum collum extensi per primos quidem inulos capitis solis famulantur motibus quos apud primum ⁊ secundū spondilem faciunt: per reliquos vero qui sunt consequenter quādoqꝫ colli mouentes spondiles. ¶Attēde tertio ꝙ magni musculi de quibus hic agitur asserūtur ab aliquibus esse tria paria tantuꝫ: ab alijs quattuor ab alijs duo: propter ipsorum implicationem adinuicem: ⁊ habent eundem motū cuꝫ dorsalibus musculis de q̃bus agetur cap.21.summe presentis. Iuxta illud Galieni nunc allegato capitulo. Magnorum autēꝫ musculoꝝ tres coniugationes que possunt ⁊ quattuor dici ⁊ due ꝓpter implicationem musculoꝝ quā in anatomicis pertractationibus ostendimus: eundem quidem habent motū dorsalibus musculis quem parū post exponaꝫ. Mouent autem per primos q̃dem inulos qui ad primuꝫ ⁊ secundum spōdilem implantantur solum caput. Per reliquos ꝟo primo q̃deꝫ alios q̃nqꝫ spondiles colli: simul aūt cuꝫ eis mouet̃ caput retro ⁊ obliquos paululū faciunt motus qui obliqui.

f ¶Musculi autem ⁊c.] ¶In hac parte sexta primo agit princeps de numero musculorum inclinantium caput ad duo latera. Secūdo de situ ibi [Unius paris] Tertio de motibus ibi [Et quodcunqꝫ] Quarto de quantitate ibi [Et hi quidem.]

¶In prima parti. dicit ꝙ musculi caput inclinantes ad duo latera sunt quattuor ⁊ associant iuncturam capitis cum collo.

¶Unius paris ⁊c.] ¶In secūda dicit primo ꝙ vnū par horum musculoruꝫ est anterius idest declinat ad anteriora ⁊ colligat caput cuꝫ spondili secunda. Et vnū impar eius est a parte dextra colli. Et aliud a parte sinistra. Secundo dicit ꝙ secunduꝫ par hoꝝ musculorum est posterius.i. declinat ad posteriora: ⁊ copulat caput cum primo spondili colli. Et vnum impar eius transit a dextra ⁊ alterum a sinistra.

¶Et quodcūqꝫ ⁊c.] ¶In tertia dicit primo ꝙ qđcūqꝫ impar ex dictis quattuor musculis solū contrahetur sine suo compari declinabit caput ad partū ipsius sine transuersione. Scđo dicit ꝙ quicūqꝫ duo musculi ex dictis quattuor ab eadem parte contrahent̃ caput declinabit ad eos sine transuersione. Tertio dicit ꝙ si duo musculi dictoꝝ quattuor declinantes ad anteriora simul moueant̃: iuuabunt caput inclinando ipsum ad inferiora. Quarto dicit ꝙ si duo musculi dictorum quattuor declinantes ad posteriora simul moueantur reducent caput ad posteriora. Quinto dicit ꝙ si omnes isti quattuor musculi simul moueantur caput stabit erectum.

¶Et hi q̃dem ⁊c.] ¶In.4.dicit primo ꝙ hi quattuor musculi sunt minores alijs. Scđo dicit ꝙ tm̃ virtutis vel fortitudinis restauratū fuit eis.i.datū vel acquisituꝫ ex bonitate suoꝝ locoꝝ vꝫ qꝛ sunt supra iuncturā capitis cū collo directe locati: q̃ꝫtum virtutis habent alij musculi per suā magnitudinē. ¶Attēde primo ꝙ hi quattuor musculi de q̃bus hic agit̃ dicunt̃ a Gal.12. de vti.ꝑti.c.6. primo ⁊ principaliter mouere collū ⁊ ex ꝯsequenti caput. Aut.n.ibi. Alij vero duo ꝭm alterutrā partem hi quidē a dextris: hi autē a sinistris oppositi. Et hi adhuc adinuicē primū quideꝫ ⁊ maxime collū ad seipsos trahunt cū illo autē ⁊ totum caput. ¶Attende ꝭo ꝙ Gal. circa quātitateꝫ hoꝝ musculoloꝝ fuisse videtur ꝯtrarius principi sed in numero situ ⁊ motu eoꝝ ꝯcordat. Dicit enim nunc allegato ca. Quattuor aūt alij musculi robusti ⁊ magni duo ꝭꝫ alterutrā partem a dextris ⁊ sinistris locati mouent collū ad laterales partes cū parua inclinatione ad id qđ ante q̃dem anterior eoꝝ coniugatio modicū inclinans. Ad id aūt quod retro reliqua. Sed cōparatione ad octo posteriores directe superpositos iuncture possunt hi quattuor appellari magni ⁊ cōparatione ad alios parui. ¶Attende tertio ꝙ primū par hoꝝ musculoꝝ trahit origineꝫ ab illa parte secunde spondilis vbi perforatur gratia egressus secundi paris neruoꝝ ortoꝝ a nucha.s.prope radicem spine ipsius. Et scđm par sumit origineꝫ ex eminentia laterali secūde spondilis colli. Iuxta illud Gal. nūc allega.capi. Explantationem vero ex perforata quideꝫ apophisi.i.explantatione secundi spondilis primum par habet: ex eminentia vero laterali alterum.

g ¶Iūcture preterea ⁊c.] ¶In hac parte septima primo tangit ꝑnceps perplexitatem circa constructionem iuncture capitis emergentem. Secundo mirabilem dei prouidentiam super hac perplexitate ibi [Factum est.]

¶In prima particula dicit ꝙ due res fuerunt necessarie iuncture capiti.s. firmitudo eius ⁊ multitudo numeri motuum. Sed due intentiones contrarie

sunt ad

sunt ad has res opportune seu necessario requisite. Nam firmitudo iuncture pendet ex affirmanda iūctura.i.ex hac intentione vt iunctura stricta fiat: ⁊ vt parū ⁊ vix obediat motibus. Et multitudo numeri motuū pendet ex ꝯtraria intentiōe.s.ex facilitate seu habilitate iuncturaꝝ ad motū ⁊ eaꝝ laxitate.

¶ Factum est ⁊c.] ¶ In scđa dicit ꝙ hac de causa factū est vt laxitas iuncturaꝝ capitis cū collo pertrāsiret complementū firmitudinis.i.vt dicte iuncture partim laxe: partim firme fierēt. Sȝ laxitas eaꝝ maior eisȝ firmitudine que.s. firmitudo iuncturis his acquiritur propter musculos cingentes ⁊ circūdantes eas. Deinde concludit ꝙ due intentionis acquisite fuerunt istis iuncturis videlicȝ aliqualis affirmatio per multos musculos ⁊ facilitas ad motus ex earum laxitate. Unde deus melior existēs omnibus alijs factoribus sit benedictus in secula.

¶ Attende ꝙ Galienus ⁊ princeps cōuenire vidētur in perplexitate cōstructionis iuncturaꝝ capitis cum collo. Sed in modo prouisiōis prima facie dissident. Ait enim Gal. duodecimo de vtilitate capitulo septimo. Quia enim simul quidem infallacissimaȝ oportebat esse articulationeȝ: simul aūt ad plurimuȝ ⁊ vbiqȝ moueri melius erat. Monstratū vero est hec sibiinuicem repugnare ⁊ infallacia qdem cōstructionis paucos ⁊ paruos operatur motus: promptitudo vero que in his et varietas laxa articulatione indiget. Primo quidem laudare oportet naturam eligentem quod est magis necessariuȝ: deinde quoniā neqȝ reliquū totaliter neglexit: sed multis ingeniationibus correxit admirandū est ꝓm hoc de opere eius ⁊ in hoc toto cuȝ principe concordat. Consequenter subdit ibi. In fallacia quidem igitur articulis capitis ex his que diximus facta est: nocumentū vero motuum sequēs necessario ad eaȝ correxit multitudine ⁊ magnitudine ⁊ multiformitate positionis musculoruȝ. Quoniā enim multi sunt ⁊ magni: manifestum est omnibus ⁊ etiam quantuȝ multiformis est eorum positio ex eo ꝙ vndiqȝ circueūt caput euidenter ostenditur. Et propter hoc nullo motu caret. Ad quācūqȝ eniȝ partem volueris id declinare prompte poteris eo qui est ꝓm illā partem musculo agēte: hec Gal. Ex quibus verbis elici potest Galienum estimasse ꝙ natura primo ⁊ principaliter iuncturam capitis cum collo firmauit: deinde prouidit de multiplicitate motuū per multitudinem musculorum circūstantium. Et istud ipsemet libro nunc dicto capitulo.4.determinat dicens. Capitis vero articulus excidētiam.i.dislocationem nō sustinet: quoniā principalis sufficienter est ⁊ cōfestim corrumpit animal: eligit ita igitur natura paucos capitis motus infallaces dare magis q̄ȝ fallaces diuersos. Unde neqȝ simplicem neqȝ laxum creauit eius articulū: sed duplicem simul ⁊ vigorosum. Sȝ quid principi respondebit hic dicenti ꝙ factū est vt iuncturarū laxitas pertransiret complementū firmitudinis. Dic ꝙ q: caput sine collo moueri potest iunctura ipsius reputatur laxa. Iuxta illud principis capitulo primo summe prime doctrine presentis. Et iunctura qdem laxa est cuius vnū ossium suorum suis motibus facile pōt moueri: ita ꝙ aliud os non moueatur. Cum hoc tamē stat ꝙ iunctura capitis est infallacissima grossicie ligamentorum multitudine musculoruȝ ⁊ certitudine cōpositionis ossium. Iuxta illud Galieni duodecimo de vtilitate particularum capitulo tertio. Capitis vero articulus seu radicem omniū mouentiū inferiores animalis particulas neruoꝝ in semetipso continens infallacissimā omniū articulorū rationabiliter habet constructionem: infallacia vero per grossicieȝ colligationū ⁊ multitudinem musculorū ⁊ ipsam certitudineȝ queſt ꝓm compositioneȝ ossiuȝ facta est. ¶ Attende secundo ꝙ Galienus ⁊ princeps discordare videntur in numero musculoꝝ mouentiū caput: immo Gal. sibimet discors videtur: Ait enim.12.de vtilitate particularum capitulo sexto. Musculi qui mouent caput existentes numero.28.vel plures velut chorea quedam in circuitu circūstant. Et statim post numerans eos nō exprimit nisi.26. Ait eniȝ. Sunt aūt eoꝝ octo qdem ex anterioribus partibus: quatuor autē ⁊ decem ex posterioribus oppositi ꝓm diametrū sibiinuicem. Alij vero duo ꝓm alterutrā partem: hi qdem a dextris: hi aūt a sinistris. Et inferius eodem.c.ait. Quoniā enim plures q̄ȝ viginti sunt nullus est ita rudis vt ignoret. Princeps vero nō enumerat hic nisi.24.in toto. Et Auerroys secundo colliget.c.38.ait. Et musculi qui mouent collum ⁊ caput sunt.24.

bus obediat. Et altera est multitudo numeri motuuȝ: ⁊ hec pendet ex facilitate iuncturarum ⁊ laxatione earum. ¶ Factum est igitur vt iuncturaꝝ laxitas pertransiret complemētuȝ firmitudinis que propter musculos qui sunt cingētes eas ⁊ circundantes acquiritur. Due igitur intentiones eis acquisite fuerunt: vnde deus omnibus factoribus melior sit benedictus.

¶ De anatomia musculorum epiglotis. Capitulum.xi.

e Piglotis [a] est membrum catilaginosum creatuȝ vt vocis sit instrumentum: quod quideȝ ex tribus compositum est cartilaginibus. Una est cartilago quam sensus comprehendit coram gula: ⁊ sub mento que vocatur peltalis ⁊ clipealis: quoniam euis venter est concauus ⁊ dorsum gibbosum pelte simile ⁊ clipeo parum eius. Et secunda est cartilago post ipsam posita a parte colli cum ea ligata ⁊ vocatur ea que nomen non habet. Et tertia est super illas cooperiens que cū ea que nomen non habet continuatur ⁊ obuiat peltali absqȝ continuitate. Et inter ipsam ⁊ illam que nomen non habet est iunctura dupla propter duas vacuitates que sunt in ipsa in quas duo additamenta non habentis nomen decenter ingrediuntur cum eis ligamentis cōnexa et vocatur coopertorialis ⁊ cymbalaris. ¶ Et ꝓpterea [b] ꝙ peltalis quādoqȝ adiungitur non habenti nomen: ⁊ quandoqȝ elongatur ab ea est epiglotis amplitudo ⁊ eius coangustatio. ¶ Et propterea ꝙ cymbalaris cooperit clipealem: ⁊ ipsam comitatur: ⁊ propterea ꝙ ab ea separatur est epiglotis apertio ⁊ clausio ipsius.

¶ De anatomia musculorum epiglotis. Capi.xi.

e Piglotis ⁊c. ¶ In hoc.ca.primo agit prin.de anatomia epigloti. Scđo de causis amplitudinis ⁊ angustationis ⁊ aptionis ⁊ clausionis epigloti ibi [Et propterea] Tertio de anatomia ossis laude ibi [Ubi autem est] Quarto de musculis epigloti ibi [Epigloti preterea.]

a ¶ In prima parte dicit primo describens epiglotū ꝙ epiglotū est mēbruȝ cartilaginosuȝ factū ad hoc vt sit instrumentū vocis. Et ipm est compositū ex tribus cartilaginibus. Scđo dicit ꝙ prima cartilaginū epigloti est illa q̄ sensibiliter in gutture seu gula sub mento apparet. Et vocatur peltalis seu clipealis: q: venter eius scȝ interior pars est ꝯcauus ⁊ ipsius dorsuȝ.s.exterior ps est gibbosum sile pelte ⁊ clipeo paꝝ eius.i.pua pars dorsi huius cartilaginis que eminet est silis eminētie q̄ est in medio clipei. Tertio dicit ꝙ scđa cartilaginuȝ epigloti est posita retro primā a pte colli ligata cuȝ pma. Et vocatur cartilago nō habens nomē. Quarto dicit ꝙ tertia cartilaginū epigloti est posita sup duas alias velut cooperiēs illas. Et est cōtinuata vel alligata cartilagini nō hn̄ti nomē. Sed occurrit cartilagini peltali absqȝ hoc ꝙ ipsi cōtinuetur. Et iunctura duplex est inter hāc tertiā ⁊ nō habētem nomē ꝓpter hoc ꝙ in ea sunt due vacuitates quas decēter intrāt duo gibbosa additamēta cartilaginis nō habētis nomē ⁊ sunt cū eis āⁿexa mediātibꝰ ligamētis. Et hec tertia cartilago vocatur cooptorialis q: coopit alias ambas ⁊ cimbalaris q: est vt cimbaluȝ tiniens ⁊ faciēs aeris reuerberationē que est cā vocis. ¶ Attēde pmo ꝙ epiglotum seu epiglotis est caput trachee arterie ⁊ vocatur a Gal. septimo de vtili. parti.c.1.laringa ⁊ caput bronchi ⁊ organū spūs.i.anhelitus. Ait.n.ibi. Dicēduȝ est aūt ꝯter de his q̄ laringe. Est enim ⁊ hec organū spūs noīatur aūt sicut ante diximus nō hoc solū sed etiam bronchi caput qm̄ ⁊ ipsaȝ tracheam bronchū noīant. ¶ Attēde scđo ꝙ lȝ epiglotuȝ sit cartilaginosum sicut trachea arteria cōstat non ex similibꝰ sȝ ex diuersis cartilaginibꝰ figura ⁊ magnitudine. Iuxta illud Gal. ibi. Consistit qdem igit ex tribus magnis cartilaginibus nō assimilantibus eis que ꝓm tracheam arteriā neqȝ magnitudine neqȝ figura. ¶ Attende tertio ꝙ maxima cartilaginū epigloti est anterior ⁊ est similis scuto nō rotūdo sȝ oblongo ⁊ ideo scutiformis dicit. Iuxta illud Gal. ibi. Maxima igitur cartilaginuȝ eis qđ est que ab ante quā tangimus ⁊ ab extra qdem est cōuexa: abintra aūt ꝯcaua scuto maxime similis nō rotūdo vndiqȝ sed ꝓlongo vocato ꝓprie scuto. Et nomē huic cartilagini ꝓm silitudinē q̄ ad hoc scutū impositū est vocantibꝰ eā scutiformē. ¶ Attēde quarto ꝙ scđa cartilaginū epigloti est tanto maior tertia quāto est minor pma. Prima etem̄ est multo maior portiōe semicirculi ⁊ qđ sibi deest ne circulū faciat. Scđa retro locata cartilago cōplet. Iuxta illud Gal. dicto.c. Scđa ꝓo cartilago quāto minor est hac.s.pma tāto maior exn̄s tertia: ex intrinsecis qdem locata est ptibus vbi stomachus est.i.ysophagus: quantū aūt deficit a magna.s.a pma vt finaliter ad circulū ducatur hȝ ipsa addit. Non.n.sicut trachee arterie totius mēbranosuȝ est id qđ approximat stomacho.i.ysophago ꝓm eūdem modū ⁊ laringe. ¶ Attende qnto ꝙ aliqua ligamēta taȝ neruosa q̄ȝ pāniculosa articulariter copulāt scutiformē cartilaginē nō habēti nomē. Iuxta illud Gal. dicto.c. Articulariter aūt sibiinuicē ꝓm aliqua colligationes quedā ex pma pueniunt ad scđam mēbranose ⁊ neruose. Et sunt due iuncture inter cartilagines primā ⁊ scđam sicut inter scđam ⁊ tertiā. Iuxta illud Gal. libro de voce ⁊ anhelitu capi. scđo de cartilaginibus epigloti. dicentis. Habēt quoqȝ quatuor iuncturas quarū due sunt inter primaȝ ⁊ scđaȝ cartilaginē ⁊ duo capita pme cartilaginis intrant in scđaȝ. ¶ Attende sexto ꝙ in parte vbi superius desinit cartilago scđa sunt due parue gibbositates que sunt vere partes cartilaginis illius. Et abinde incipit cartilago tertia duas habēs ꝯcauitates quas subintrant gibbositates scđe cartilaginis: ⁊ fit articulus duplex inter has cartilagines. Iuxta illud Gal. nūc dicto capi. Ubi aūt minor que abintus est desinit: due quideȝ supiacent pue cōuexitates: incipit aūt abinde cartilago tertia cōuenietes certitudinaliter eminētijs eius habens ꝯcauitates vt complicatio harū duaꝝ cartilaginū duplicē opetur articulationeȝ. ¶ Attēde septimo ꝙ scđa cartilaginū epigloti est multo strictior supius q̄ȝ inferius: ⁊ ideo pars epigloti inferior que trachee iungit arterie est amplior supiori. Iuxta illud Gal. ibi. Est aūt supius strictior q̄ȝ ex iferiori basi scđa cartilago. Quare ꝓpter hoc totus laringe inferior finis quo tangit arteriam magis amplus est supiori orificio qđ desinit ad faringā.i.fauceȝ. ¶ Attēde octauo ꝙ tertia cartilaginū epigloti terminatur in strictum valde ⁊ supior eius terminus vocatur antenoydes a similitudine ipsius cū quibusdā monilibus seu armillis ⁊ huius cartilaginis cōcauitas ꝯuersa est ad foramen transitus aeris inspirati ⁊ respirati. Iuxta illud Gal. ibi. Et tertia cartilago in strictum valde ipsa desinit cuius superior terminus antenoydes a plurimis anatomicoruȝ noīatur a figure similitudine ad has prothoas quas ⁊ henicenas quidā nomināt. Conuersa aūt est ⁊ huius cartilaginis cōcauitas ad porū spiritus vt velut fistula quedā fiat quod compositū est ex his tribus. ¶ Attende nono ꝙ in foramine epigloti iacet quoddā corpus simile lingue fistule nō habens sibi simile in toto corpore ꝓm proprietatem substātie: est.n.pāniculare ⁊ adiposuȝ. Iuxta illud Gal. ibi. Intus aūt in ipso poro laringe adiacet corpus in figura quidem simile lingue fistule ꝓprietate vero substantie tale quale nullum aliud est eoꝝ q̄ ꝓm corpus. Etem̄ mēbranosuȝ est simul ⁊ adiposuȝ ita qdem hȝ ꝯstructioneȝ ꝓpria substātia laringe: hec Gal. Et sexto de iuuamē.mēbroꝝ.c.4.dicit. Et intra epiglotū est corpus: cuius figura est similis figure lingue: substātia aūt eius nō hȝ simile in mēbris corporis: qm̄ est composita est coopertorio ⁊ pinguedine ⁊ carne molli de genere glandulaꝝ ⁊ per hāc carneȝ dissimilitudinem substātie gerit cum substantia zirbi. Et dicitur lingua hec a Galieno gloccida ⁊ primum ⁊ principalissimum organum vocis.

b ¶ Et ꝓpterea ⁊c.] ¶ In hac pte scđa pmo dat cās ampliationis ⁊ ꝯstrictionis epigloti. Scđo dat cās aptionis ⁊ clausionis ipsiꝰ ibi [Et ꝓpterea ꝙ.] ¶ In prima pti. dicit ꝙ amplitudo ⁊ coangustatio epigloti sunt propterea ꝙ peltalis cartilago qn̄qȝ iungitur cartilagini non habenti nomē: ⁊ qn̄qȝ distat ab ea. Et duȝ distat ampliatur epiglotū. Et quādoqȝ iungitur coangustatur. ¶ Et ꝓpterea ⁊c.] ¶ In scđa dicit ꝙ apertio ⁊ clausio epigloti sunt pp hoc ꝙ cimbalaris cartilago qn̄qȝ coopit clipealeȝ cartilagineȝ ⁊ sibi iungit ⁊ qn̄qȝ sepatur ab ea. Et dum cooperit ⁊ ꝯiungitur epiglotū clauditur ⁊ dū sepatur ipsum est apertū. Et hos motus dilatationis ⁊ ꝯstrictionis: clausionis ⁊ apertionis epigloti tangit Gal. septimo de vtili. particu.c.primo dicens. Quoniaȝ igitur prima in laringa idest epigloto sit vox ⁊ quoniā dyastolatur ⁊ sistolatur vsqȝ plurimum ⁊ aperitur ⁊ clauditur totaliter quandoqȝ superius orificium eius per alias demonstratum est scriptiones.

¶ Ubi aũt est &c.] ¶ In hac parte tertia primo agit de loco figura & nomine ossis laude. Secundo de vtilitate ipsius ibi [In creando.]
¶ In prima particula dicit ꝙ os forme triangularis est anterius in gula locatum coram epigloto. Et id os vocatur: hoc nomine lauda qđ significat grecã litteram appellatam laudam & est eius figura talis. λ.
¶ In creãdo &c. [¶ In secũda dicit ꝙ vtilitas huius ossis est vt ab eo oriantur villi musculorum epigloti. ¶ Attende pmo ꝙ licet os laude qđ vocatur a Gal. os yoydeum sit corpore parũ est tamẽ pluriũ vtilitatũ. Juxta illud Ga. septimo de vti. parti. c. 9. hec igitur oĩa mirabiliter facta sunt a natura & cuz his adhuc vocatũ yoydeũ os: quãuis. n. paruum sit maximas & plurimas vtilitates prebet: etenim lingue musculoꝝ plurimi ex eo sunt & eoꝝ qui sunt laringe. i. epigloti coniugatio de qbus antea dictum est: & qdam alij ad homoplatas. i. spatulas supteñ stricti & longi & cum his alius robustus binarius qui ad pectus deferf. Deinde alij duo musculi obli qui ad genã puenientes: reliqui aũt qui valde parui ad radices implãtatio nuz quas qdam galloruz plectris. i. calcaribus assimilant. ¶ Attende scđo ꝙ istud os laude ẽ directe antepositũ epigloto per modũ scuti & defensorij & ne labatur hincinde sed fixuz maneat in proprio loco natura sagax multipliciter per musculos equipotentes vndiqz sibi affixos: & per ligamẽta fortia & cartilagines & panniculos ei circũpositos firmãs ipm stabiliuit. Juxta illud Gal. ibi. Sup allatuz aũt gibbis laringe h᷑ os & multis musculis sicut dixi ad multas partes occultatuz ab illis ipis firmatur eaqz in omnibus est iusta eqpotentes sibi inuicem oppositos musculos operante natura. Quoniaz aũt & abscindi quosdã & paraliticari hoꝝ musculoꝝ contingebat melius putauit nõ solis musculis cõmittere equireptationem eius: sed construere quasdã fortes colligationes: haꝝ igitur colligationũ gratia non erat cõtenta duobus lateribus yoydei: sed alias cartilaginosas apophisans. i. explantans colligationes rotundas vtiqz p totũ implantauit. Copulatur aũt nihilominus & p membrana quedam non ad laringam. i. epiglotum & epiglocidam. i. linguam epigloti solum: sed etiam ad stomochum. i. ysophagum: hec Galienus.

d ¶ Epigloti &c.] ¶ In hac parte quarta que est de musculis epiglotis primo enumerat modos musculoruz necessarios epigloti. Secundo agit de musculis aperientibus eam ibi [Ex musculis vero] Tertio de musculis coangustantibus epiglotim ibi [Ex musculis autez] Quarto de musculis claudentibus epiglotim ibi [Ex sitibus vero.]

¶ In prima particula dicit ꝙ tres modi musculoꝝ fuerunt necessarij epigloto. Primus modus ẽ musculoꝝ coangustantiũ seu ↄstringentiũ epiglotuz qui scz applicant clipealẽ cartilaginẽ nõ habẽti nomẽ. Scđs est musculoꝝ claudẽtiuz epiglotũ qui applicant cimbalarẽ cartilaginẽ peltali & nõ habẽti nomẽ & cooperiũt eas cũ cimbalari. Tertius est musculorũ aperientiũ epiglotũ q elongant cartilaginem cimbalarẽ ab alijs duab⁹ vt epiglotũ aperiatur. ¶ Attẽde primo ꝙ motus epigloti nõ naturalis est sz voluntarius licet hora somni fiat. Juxta illud Gal. septimo de vtili. parti. c. primo. Manifestuz igitur est qm̃ ex plurib⁹ simul & copulatis adinuicẽ cartilaginibus rationabile fuit fieri laringam quinetiã & motũ eius nõ esse naturalem sicut arteriaꝝ sed ꝓm aĩalis fieri electionem. Ad inspirationes enim & expirationes & detentiones totius respirationis & efflationes & voces debebat esse vtilis. Omnia aũt hec melius fuit a nostra incipere electione & rõnabile fuit ei motũ spontaneũ & ꝓm volũtatez fieri aĩalis. ¶ Attẽde scđo ꝙ Gal. epigloto dicit inesse duo genera iuncturaꝝ & duo genera motuũ. Ait. n. septimo de vtili. particulaꝝ. c. 2. de cartilaginibus epigloti loquẽs. Nõ. n. irrationabiliter natura fecit eas tot & tales: sed qm̃ duplices oportebat esse ꝓm genus articulationes & motus alias quidez que dyastolant & sistolant eas: alias aũt que claudunt & aperiunt: ad primas qdez prime: ad scđam facta est articulatio. Ad scđas aũt scđe ad tertiam. Alio aũt non egebat tertio motu ꝓm genus quare neqz articulatione tertia: ergo neqz particula quarta: hec Gal. Sed queret hic aliquis quare silet princeps de musculis ampliantibus epiglotũ cũ nõ minus videatur ampliatio debere proprios habere musculos qz coangustatio ipsius. Juxta illud Gal. 12. de vti. parti. c. 6. Demonstratum enim est multotiens omnia iuste naturam ordinare & vnicuiqz musculo efficienti aliquem motum alium qui contrarium illi operatur opponere: claudus enim si hoc nõ fecisset fieret motus vel omnino periret: propterea ꝙ vniuscuiusqz est actus. Item sicut aliqui sunt musculi proprij clausionis epigloti: & alij proprij sibi opposite apertionis: sic videntur esse alij dilatationis & alij constrictionis. Dic ꝙ musculi ampliantes epiglotum sub aperientibus ipsum hic comprehendũtur: & pertractantur quod nobis monstratur ex verbis principis particula sequenti postqz descripsit par primuz musculorum aperientium epiglotum de eodem subdit. Et cum contrahitur trahit cimbalarem ad anteriora & inferiora & dilatatur epiglotis. Et in fine particule illius loquens de altero pari musculorum conferentium ad apertionez epiglotis ait. Et alterius paris musculi ad duos cimbalaris margines veniunt: qui cum contrahuntur ipsam a peltali separant & in latitudinem extendunt & in dilatando epiglotim adiuuant. Et Albertus magnus, primo animaliũ tractatu secundo capitulo. 14 postqz dscripsit musculos aperientes epiglotim ait. Et hi quidez sunt qui epiglotim aperiunt & dilatant.

¶ Ubi᷑ aũt est epiglotis & coraz ipsa est os triangulatuz & lauda vocatur: ꝙ laudam grecam litteraz signat: & est ita. λ.
¶ In creando vero os huius existit iuuamentũ vt sit origo & principiũ ex quo villi musculorum epiglotis oriuntur.
¶ Epigloti[d] preterea musculi fuere necessarij qui clipealem nomen nõ habenti applicent: & musculi qui cimbalarez applicent ipsis & eas cum ea cooperiant: & musculi qui cimbalarez ab alijs duabus elongent vt epiglotis aperiatur. ¶ Ex musculis vero epiglotim aperientibus est par quod ab osse laude nascitur & vadit ad anteriora peltalis & continuatur & expanditur supra ipsaz: & cũ contrahitur trahit cimbalarez ad anteriora & ad inferiora dilataᷣ epiglotis. Et par quod numeratur inter musculos gule ad inferiora trahentes. Et nobis quidez videtur vt ipsum numeretur inter eos qui inter eas sunt cõmunes: cuius origo est interius in thorace & vadit ad peltalez. Ei vero in multorum animaliuz motu aliud associatur par siue duo paria: quoꝝ vnũ ad cimbalarem peruenit posterius & cõtinuatur cum ea. Cũqz cõtrahuntur cimbalarem eleuant & eaz ad posteriora trahunt & separatur ab applicatione sui cũ peltali & dilatatur epiglotis. Et alterius paris musculi ad duos cimbalaris margines veniunt qui cuz contrahuntur ipsam a peltali separant & in latitudinem extẽdunt & in dilatando epiglotim adiuuant. ¶ Ex musculis aũt qui epiglotim coangustant est par quod a parte laude venit & continuatur cum peltali: postea dilatatur & cingitur super illã que nõ hz nomẽ: donec duo extrema duoꝝ imparium ipsius post illam que nomen non hz vniantur: & cũ contrahitur coangustat. Et ex eis sunt quattuor musculi & fortasse existimatur ꝙ sunt duo musculi dupli continuantes peltalis extremitatis cum extremitatibus eius que nomen non habet: qui cum contrahuntur inferiora epiglotis coangustãt. Et sunt qui existimãt ꝙ vnum par ipsorum sit occultum & alterum manifestuz. ¶ Ex sitibus vero musculorum qui claudunt melior fuit vt in interioribus epiglotis creati fuissent: ita vt cum contraherentur cimbalarem ad inferiora traherent & eaz claudendo cooperire facerent. Et propter hoc par creati fuerũt quod de radice peltalis nascitur & eleuatur interius ad duo cimbalaris extrema: & ad radicem eius que nomen non habet & a dextra & a sinistra: & cum contrahuntur iuncturam stringunt & epiglotim tali clausura claudunt que musculos pectoris & diafragmatis refrenare valeat in prohibendo aeris attractionem. Qui quidem parui creati fuerunt ne interioribus epiglotis coangustationem facerent: & fortes vt eorum fortitudine cum impediti fuerint in claudendo epiglotim & prohibendo aeris attractionem defectus multus corriga-

¶ Ex musculis ꝟo &c.] ¶ In secũda pticula dicit pmo ꝙ de numero musculorũ aperientium epiglotim est vnum par ortũ ab osse laude transies ad anteriores partes cartilaginis peltalis alligatum & extensum super eam: qđ dum ↄtrahitur trahit cartilaginem cimbalarem ad anteriora & inferiora & dilatatur epiglot. ¶ Attende ꝙ in hoc passu libri cõmuniter inueniuntur corrupti vel defectu translatoris vel errore scriptorũ. Nam vbi scribitur trahit cimbalarem debuissz scribi trahit peltalez. Primo qꝛ istud par non est alligatum cartilagini cimbalari sed peltali non igitur trahit cimbalarem. Nec valet si dicatur ꝙ ex consequenti trahit cimbalarez trahendo peltalem: quia cimbalaris obuiat peltali absqz cõtinuitate sicut predictuz est. Scđo qꝛ si hoc par traheret cimbalarem anterius & inferius nõ eẽt ex aperiẽtibus epiglotim sz ex claudẽtib⁹. Aperitur enim epiglotis cimbalari cartilagine sursum tracta versus posteriora. Sz peltali cartilagine anterius & inferius tracta ↄseqtur vt elongeᷣ a cartilagine nõ habẽte nomẽ & illud ẽ epiglotim dilatari. Scđo dicit ꝙ etiam de numero musculorum aperientium epiglotim est vnum aliud par musculorum quod numeratur inter musculos trahentes guttur ad inferiora. Et videtur principi ꝙ istud par debeat numerari inter musculos cõmunes gutturi & epigloto. Et nascitur intra thoracem & ascendit ad peltalem. Tertio dicit ꝙ in multis animalibus scilicet in habentibus magnam vocem quorum est homo huic pari secũdo musculorum aperientium epiglocim associatur vnum aliud par vel alia duo paria. Quorum vnum posterius peruenit & applicatur cartilagini cimbalari. Et dum contrahuntur musculi paris istius eleuant cartilaginem cimbalarem & trahunt ipsaz ad posteriora & tũc cimbalaris separatur a peltali & epiglotis ampliatur. Et musculi paris alterius perueniunt ad duos margines vel extremitates cartilaginis cimbalaris. Et dum contrahuntur elongant cimbalarem a peltali & extendunt eam in latitudine & iuuant in dilatatione epigloti.

¶ Ex musculis autem &c.] ¶ In tertia particula dicit primo ꝙ ex musculis coangustantibus seu constringentibus epiglotim est par vnũ veniens ab osse laude: quod continuatur cum peltali cartilagine & per modum cinguli extenditur supra cartilaginem non habentez nomen donec extremitates musculorum huius paris simul vniantur retro cartilaginem que nomen non habet. Et dum contrahitur hoc par coangustat epiglotim. Secundo dicit ꝙ ex musculis etiam coangustantibus epiglotim sunt alij quatuor musculi: & quidam estimant eos esse duos duplos musculos quia sunt inuicem fortiter connexi. Et hi quatuor musculi continuant extremitates cartilaginis peltalis cum extremitatibus cartilaginis non habentis nomen. Et dũ contrahuntur hi quatuor musculi coangustant partes inferiores epigloti. Tertio dicit ꝙ quidã existimant ꝙ de dictis quatuor musculis vnum par est occultatum intra epiglotim scz & aliud par est manifestum extra epiglotim positum.

¶ Ex sitibus vero &c.] ¶ In quarta particula dicit primo ꝙ situs cõuenientior musculis claudentibus epiglotim est in interioribus epiglotis: taliter ꝙ quando contrahentur hi musculi trahant inferius cartilaginem cimbalarez & faciant eam cooperire alias cartilagines claudendo epiglotim. Secundo dicit ꝙ propter hoc scilicet propter trahere inferius cimbalarem & claudere epiglotim fuerunt creati duo musculi: scilicet par vnum quod oritur a radice cartilaginis peltalis & eleuatur interius scilicet intra epiglotim ad duas extremitates cimbalaris cartilaginis & ad radicem cartilaginis non habentis nomen a dextra & a sinistra. Et hi duo musculi dum contrahuntur stringunt iuncturam duplam que est inter cimbalarem & non habentem nomen & claudũt epiglotim clausura taz forti ꝙ sufficit refrenare musculos pectoris & prohibere eos ab attractione aeris: & non solum ab attractione: sed etiam expulsione taliter ꝙ retinetur aliquãdiu anhelitus vt quãdo conamur nos exprimere mingẽdo vel egerẽdo vel aliqd fortiter & vehemẽter agere. Tertio dicit ꝙ hi duo musculi sunt facti parui ne faciãt coãgustationẽ epigloti replẽdo. s. ipsi⁹ ↄcauitatẽ. Et fuerũt facti fortes vt cũ fuerĩt occupati ĩ claudẽdo epigloti & ꝓhibẽ

do attractionem

do atractionez aeris multus eorum defectus ex paruitate procedens per eo/
rum fortitudinem suppleatur ⁊ corrigatur. Quarto dicit ꝙ hi duo musculi re
cte ascendunt hoc excepto ꝙ parū declinant a dextris ⁊ a sinistris ex qua de/
clinatione fit conueniens continuatio inter cartilagines peltalem ⁊ non ha/
bentem nomen ⁊ sic isti musculi coadiuuant ad coangustationem epiglotis.
Juxta illud principis decimotertio animalium capitulo secundo. Et musculi

tur qui eis ex paruitate aduenit. Et ipso
rum via est ſm rectitudinem ascenden-
tium cum declinatione parua propter
quam fit continuatio conueniens inter
peltalem ⁊ non habentem nomen. Et est
etiam cuz duo inueniuntur musculi sub
cimbalari positi qui hoc predictum par
iuuant.

¶ De anatomia musculorum guturis.
Capitulum.xij.

g **Uttur[a] in summa**
duo habet paria que ipsum tra
hunt ad inferiora. Unum eorum est par
quod iam in capitulo epiglotis nomina
uimus. Et alterū est par etiaz ex thorace
nascens quod eleuatur ⁊ cum lauda con

claudentes epiglotiz erūt
meliores cum fuerint in/
terius vt quando cōstrin
gantur faciant constringi
peltalem ⁊ nomē non ha
bentem ⁊ cimbalarem co
opire illas. Et paulopost
subdit. Et vadunt recte
ascendentes nisi qr modi
cum obliquatur illud qd
ascendit inter peltalem ⁊
nomen non habentem.
Quinto dicit ꝙ aliquan/
do inueniuntur duo mu/
sculi positi sub cartilagi/
ne cimbalari qui iuuant
istud par ad clausionem
epiglotis. ¶ Attende pri/
mo ꝙ Galienus pertra/
ctans septimo de vtilitate
particularuz capitulo pri/
mo musculos epiglotis p
mo enumerat ex eis decē
communes tribus cartila
ginibus ipsius. Uidelicet
quatuor iungentes carti/
laginem peltalem cū non
habente nomen: ⁊ alios quatuor copulantes cartilaginem non habentem no
men cū cimbalari ⁊ duos qui iungunt peltalem cum cimbalari. Ait enim ibi.
Quattuor quidem sunt qui primaz cartilaginem secūde copulant in animali/
bus magnam vocem habentibus quoruz est homo. Alij vero quattuor in oī/
bus animalibus qui secundam tertie ⁊ duo alij qui primam tertie. Et paulo/
post subdit. Predicti igitur decem musculi cōmunes sunt trium cartilaginuz.
¶ Attende secūdo ꝙ incessus musculorum quatuor copulantiū primam car
tilaginem secunde ſm Galienuz talis est ꝙ in inferiori parte epigloti vbi ipsa
coniungitur trachee arterie ⁊ seinuicem tangunt cartilagines peltalis ⁊ no/
men non habens duo musculi ex peltali ab extra veniunt ad non habentem
nomen ⁊ duo ab intra sibiinuicem equales videlicet exterior vnius lateris ex
teriori alterius ⁊ interior interiori. Et istorum officium est coadducere ⁊ con/
stringere peltalem cum non habente nomen. Juxta illud Galieni ibidez. Di/
riuantur autem ex prima cartilagine scutiformi ad secūdam ita qualiter ſm fi
nem inferiorem vtriusqz cartilaginū vbi tracheam arteriam tangunt ⁊ se ad/
inuicem ex magna cartilagine perueniūt ad secundam: ab extra quidem duo
musculi: ab intra autem duo ſm alterutram partem equales certitudinaliter
qui extra ei qui extra: ⁊ qui intra ei qui intra: hi igitur certitudinaliter angu/
gustant inferiorem finem laringe coadducentes primam cartilaginem secun
de: hec Galienus. Et isti sunt quatuor vltimi musculi quos enumerat hic pn
ceps in particula tertia inter musculos coangustantes epiglotim. ¶ Attende
tertio ꝙ operatio aliorum quatuor musculorū qui copulant cartilaginem nō
habentez nomen cartilagini cimbalari ſm Galienum est aperire superiorem
extremitatem epigloti. Et qui ex his sunt retro trahunt cimbalarez ad poste
riora eleuantes eam. Et qui sunt in lateribus trahunt cimbalarem versus la
tera ⁊ ampliant locum. Juxta illud Galieni ibidem. Alij vero quatuor qui se
cundam tertie copulant aperiunt superiorem finez laringe ad id quod retro
quidem referentes antepositam cartilaginem illi qui sunt retro ad obliqua
vero descendentes ad patulum id est latum qui ibi sunt: hec Galienus. Et hi
sunt quatuor vltimi musculi quos hic princeps nominat inter musculos ape
rientes epiglotim. Et non intelligas ꝙ isti musculi copulent scdam cartilagi/
nem tertie sic ꝙ suo motu simul coadducant has cartilagines: sed per modū
ligamentoꝝ eas retro colligantium. ¶ Attende quarto ꝙ duo residui muscu
li de decem nominatis habent actus ⁊ positiones contrarios actibus ⁊ posi/
tionibus nūc dictoꝝ musculoꝝ. Situati eteni intra epiglotim claudunt os ei[9]
trahentes inferius cartilaginez cimbalarem. Juxta illud Galieni ibidem.
Oppositū vero his quatuor actū ⁊ positionē habentes reliqui duo claudūt
certitudinaliter os superius laringe versus spaciositatez que est intra vellen/
tes primū idest trahentes cimbalarem cartilaginem. Et isti sunt duo principa
les musculi de qbus ait princeps in particula quarta textus presentis.
¶ Attende quinto ꝙ vltra decem predictos musculos circa radicem cimba/
laris cartilaginis sunt alij duo musculi in homine coadiuuantes in clausione
epigloti non reperti in animalibus paruam habentibus vocem vt in simeis.
Juxta illud Galieni ibi. Alij vero duo sunt in basi hemitenoyde idest cimba/
laris nō existentes in animalibus paruaz vocem habentibus quorum scilicet
animalium vnum est simeus. Et hi sunt illud par de quo agit princeps in fine
textus presentis. ¶ Attende sexto ꝙ oēs duodedecim musculi nūc memorati
continētur in laringa scz vel in eius concauitate vel in ipsius exteriori superfi
cie nulli membroꝝ sibi adiacentium copulati. Juxta illud Galieni septimo de
vtilitate particularum capitulo secūdo. Hi igitur omnes musculi in laringa
ꝯtinentur nulli adiacentiū organorum copulati. ¶ Attende septimo ꝙ vltra
duodecim nunc dictos musculos alij sunt octo musculi colligantes epiglotiz
membris sibi vicinis qui porum aeris inspirati ⁊ respirati amplificant ⁊ con/
stringunt ita ꝙ horum officium est dilatare ⁊ constringere epiglotim. Juxta il
lud Galieni ibidem. Alij vero octo musculi colligantes ipsaz corporibus que
sunt in circuitu alterius motus sunt duces ſm quez totus porus spiritus am/
plificatur ⁊ contrahitur. ¶ Attende octauo ꝙ primū par horum octo muscu
lorum trahit originem a lateribus ossis laude ⁊ apponitur ab ante toti longi/
tudini cartilaginis peltalis. Et par scdm explantatur a cartilagine peltali per
ueniens vsqz ad pectus immixtum tertio pari in solis animalibus habētibus
magnam epiglotim ⁊ peltalem magnam. Et par quartū nascitur ex obliquis
partibus peltalis: cuius musculi comprehendentes ysophaguz in idem per/
ueniunt. Juxta illud Gal. sepitmo de vtilitate particulaꝝ. ca. primo. Alij vero
musculi maiores his ⁊ soli scutiformi proprij duo qdem sunt ex lateribus yo/
ydis ossis explantationem habentes: deinde toti longitudini prime cartilagi/
nis ab ante appositi: duo autem alij explantationem quidem a cartilagine fa/
cientes: venientes aūt vsqz ad pectus alijs duobus permiscentur ſm illa so/
la animaliū qbus magna est corpore laringa ⁊ scutiformis cartilago. Reliqui
vero alij duo musculi transuersi ex obliquis explantati partibus scutiformis:
deinde in circuitu stomachū comprehendentes in idez inuicem perueniunt:

tinuatur primo postea cuz gutture: ⁊ tra
bit ipsum ad inferiora. ¶ Gutturis[b] ve
ro musculi sunt duo musculi gutturosi q
sunt duo musculi apud gulā positi in trās
glutiendo adiuuantes.

¶ De anatomia musculoruz laude. Ca
pitulum.xiij.

l **Auda[s] vero muscu**
los habet qui sibi sunt proprij
⁊ musculos quibus aliud mem
brum cum ipso communicat. ¶ Sed[b]
qui laude sunt proprij tria sunt paria.
Unum par venit a duobus mandibule
marginibus ⁊ cuz linea recta que super
hoc os existit continuatur: ⁊ ipsum est
quod ipsum ad mandibulam trabit.

hec. Gal. ¶ Attēde nono
ꝙ pmū par hoꝝ octo mu
sculoꝝ elongat cartilagi/
nez peltalez a nō habente
nomē ⁊ sic epiglotim am
pliat ⁊ porum aeris. Sed
scdm ⁊ tertiū paria habēt
situs ⁊ actus oppositos si
tibus ⁊ actibus primi pa
ris. Quartū vo par iuuat
ad stringendū porū aeris
⁊ epiglotim. Juxta illud
nūc dicto lib. c. 2. Qui q/
dez igitur ab yoydeo osse
perueniunt ad ptes ante/
riores ⁊ superiores pri/
maz cartilaginem trahen
tes adducunt a posteriori
bus cartilaginibus ⁊ am
pliāt porū. Oppositū ve/
ro eis habētes actuz ⁊ po
sitionem oblīq qui ex scu
tiformi cartilagie deorsuz
ferūtur cōtrahunt inferio
res partes cartilaginis ⁊
deorsuz vellunt quiescibi
liter cōtrahentes cuz hoc
⁊ stringentes tracheam arteriam vt neqz induplicetur aliquid ⁊ applicetur
neqz plurimum amplificetur cum vocitare eligit animal. Reliqui vero qui ex
obliquis explantantur scutiformi ⁊ protrahuntur has partes primi cartilagi/
nis scde applicant vt stringatur porus: hec Galienus. ¶ Attende decimo ꝙ
primū par hoꝝ octo musculoꝝ est illud primuz par de quo agit pnceps in prin
cipio particule secunde presentis textus vbi ait. Ex musculis vero epiglotim
aperientibus est par quod ab osse laude nascitur. Et quartum par est primuz
parium de quo agit princeps in principio tertie particule presentis textus di
cens. Ex musculis autez qui epiglotim coangustant est par quod a parte lau
de venit ⁊ continuatur cum peltali. Sed paria secunduz ⁊ tertium forte sunt
duo paria musculorum gutturis de quibus agit princeps capitulo sequenti:
⁊ de primo eorum iam fecit sermonem particula secūda presentis textus vbi
ait. Et par quod numeratur inter musculos gule ad inferiora trahentes: licet
enim princeps numeret istud par inter musculos aperientes epiglotim pro/
pterea ꝙ inferius trahit cartilaginem peltalem elongando eam a cimbalari:
pōt tamen qr inferius stringit epiglotim ⁊ arteriam vocalem inter musculos
stringētes epiglotim numerari. Uel dic ꝙ princeps hec duo paria per Galie.
descripta omisit. Ex predictis elici potest ꝙ musculi epiglotis sunt ſm Galie
num numero. 20. ⁊ ſm principem numero. 18. Et Gal. 16. de vtilitate particu
larum capitulo quarto dicit ꝙ sunt fere viginti. Ait enim ibi. Quia igitur la/
ringa est primum principalissimuz vocis organum ex tribus quidem cartila/
ginibus consistens: habens autez in seipso in medio glocidam ⁊ musculos fe
re viginti famulantes adhoc licet tibi considerare qualiter eis omnibus natu
ra tribuit a cerebro neruos.

¶ De anatomia musculorum gutturis. Capitulum.xij.

g **Uttur ⁊c.** ¶ In hoc. c. pmo agit prin. de musculis guttu
ris trahentibus ipz ad inferiora. Scdo de mu
sculis gutturis iuuantibus ad trāsglutionē ibi [Gutturis vo ⁊c.]

a ¶ In prima parte dicit primo ꝙ quatuor sunt musculi gutturis trahētes
ipz ad inferiora. Scdo dicit ꝙ primū par hoꝝ iaz noīatuz est in. c. de musculis
epiglotis. s. in pticula ꝯa quarte partis. c. precedētis vbi dicebatur. Et par qd
numerat inter musculos gule ad inferiora trahentes ⁊c. Tertio dicit ꝙ scdm
par horuz musculoꝝ nascitur etiā ex thorace ⁊ sursuz ascendens primo ꝯtinua
tur ossi laude: consequenter gutturi ⁊ trahit guttur deorsum.

b ¶ Gutturis ⁊c.] ¶ In secunda dicit ꝙ sunt alij duo musculi gutturnosi
seu gutturiosi qui proprij sunt gutturi. Et sunt duo musculi collocati in gula
qui cooperantur ad transglutionez ciborū ⁊ potuū. ¶ Attēde primo ꝙ gut/
tur proprie dicit spaciū in quo sunt meatus anhelitus ⁊ cibi. Juxta illud prin
cipis tertij nona capi. pmo. Per guttur intelligimus spaciū in quo sunt mea
tus anhelitus ⁊ cibi ⁊ de eo sunt additio que est vua: ⁊ due amigdale ⁊ galsa
mac. i. caro panniculosa annexa palato sub vua pendens cooperiens caput
canne. ¶ Attende secundo ꝙ in hora transglutionis ciborum ⁊ potuū epiglo
tis trahitur sursuz ⁊ ysophagus deorsum. Et inde est ꝙ epiglotis non īpedit
transglutionē: lz sit vndiqz cartilaginosa sicut trachea arteria impediret tran
situ cibi si sic esset tota cartilaginosa nequiens cedere bol. Et ideo recisi sunt
ipsius anuli versus ysophagum. Epiglotis vero cedit introitui ysophagi. Ju
xta illud Gal. sexto de iuuamentis membroꝝ. c. 7. Et dico ꝙ epiglotis q̄uis
sit cartilaginosa circūquaqz: tamen non constringit ysophaguz in hora trans/
glutionis cibi: qm̄ ysophagus descendit ad inferius in hora transglutionis:
⁊ epiglotis ascēdit ad superius ⁊ sic diuersatur situs eoꝝ. Et sicut extremum
ysophagi occurrit cāne pulmonis: epiglotis palato occurrit: hec Galienus.

¶ De anatomia musculorum laude. Capi.xiij.

l **Auda vero ⁊c.** ¶ In hoc capitulo primo diuidit
princeps musculos ossis in pro/
prios ⁊ cōmunes. Secundo exequitur de proprijs: ibi [Sed q lau/
de] Tertio de cōmunibus: ibi [Illi vero]

a ¶ In prima parte dicit ꝙ musculoruz ossis laude quidam sunt ei proprij.
Alij sunt cōmunes ei ⁊ alteri membro.

b ¶ Sed qui laude sunt proprij ⁊c.] ¶ In secunda dicit primo ꝙ tria sunt
paria musculorum propriorum ossi laude. Secundo dicit ꝙ par primum il/
lorum venit a duobus marginibus seu extremitatibus mandibule inferioris
scilicet vnus horum musculorum a margine dextro alter a sinistro ⁊ descen/
dens continuatur ⁊ applicatur cum linea recta que est super os laude:
⁊ istud par dum contrahitur: trahit os laude versus mandibulam.

Et par quod oritur sub mēto ⁊ incedit inferius sub lingua ad linguam ⁊ ad extremitatez superiorē huius ossis: ⁊ istud etiam trahit hoc os ad partem mādibule. Et aliud par oritur ex additamentis sisaminis que sunt apud aures ⁊ continuatur cuz extremitate inferiori linee recte que ē sup hoc os. ¶ Illi[c] vero quos habet cum alijs cōmunes iam nominati sunt ⁊ nominabuntur.

¶ De anatomia musculorum lingue. Capitulum.xiiij.

Musculi[a] vero linguā mouentes sunt nouem. ¶ Duo sunt[b] latitudinales ab additamentis sisaminis venientes ⁊ cum duobus ipsius lateribus continuantur. ¶ Et duo[c] longitudinales a supremo ossis laude nascētes: qui cum medio lingue continuantur. ¶ Et duo[d] qui eaz in transuerso mouent: ⁊ nascuntur a latere quod est inferius ex duobus ossis laude lateribus: ⁊ penetrant in linguam inter longitudinales ⁊ latitudinales. ¶ Et duo[e] musculi linguam resupinantes ⁊ eam conuertentes: quoruz loca sub istis locis quos nominabimus existunt: ⁊ ipsoruz villi iam expansi fuerunt sub eis in latitudine: ⁊ cuz toto osse mandibule continuati fuerunt. ¶ In[f] summa preterea musculorū lingue nominauerunt quidam musculum solitarium qui inter linguam ⁊ os laude cōtinuat ⁊ vnum ad aliud trahit. Et nec est longe quin musculus qui linguaz ad exteriora in longitudine mouet moueat eam sic. Inest enim ei vt in ex-

Tertio dicit ꝙ par scđm hoꝝ musculoruz nascitur sub mento ⁊ transit sub lingua ⁊ applicatur ad linguam idest ad angulū acutū huius ossis triangularis ad extremitatez superiorem eiusdez. Vel lege ad lineaz loco de ad linguaz: vel tolle de textu ad linguā sicut tollit Albertus pmo aīalium tractatu scđo.c.14. recitans hunc tex. ⁊ istud par trahit hoc os ad partez mādibule. Quarto dicit ꝙ par tertium horum musculoꝝ oritur ex additamentis sisaminis.i. similibus granis sisami: q̄ sunt iuxta aures vel ex additamentis sagittarijs.i. acularib⁹ vt alij libri habent que sic dicūtur qui sagittis ⁊ acubus in longitudine ⁊ gracilitate simililātur. Et huius paris musculi ꝯtinuantur cū inferiori extremitate linee recte existentis super istud os ⁊ trahūt hoc os ad superiora.

c ¶ Illi ⁊c.] In.3.pte dicit ꝙ musculi cōes ossi laude ⁊ alijs partibus partiz sunt nominati.s. in duob⁹ capitulis precedentib⁹ ⁊ partim noīabuntur in capitulo sequenti. ¶ Attende primo ꝙ tria paria musculoꝝ laude descripta in pte scđa.c. pñtis dicuntur ꝓpria ossi laude q: sui gratia creata sunt: vt.s. ipz teneant fixū ⁊ firmū nō permittentia ipz cedere musculis ad inferiora trahere conantibus: quatinus istud os fiat stabile tutamentū epigloti. Et sit velut firmamentū taz musculis q̄z ptibus alijs q̄ sibi innitunt. ¶ Sz arguet aliqs ꝙ nō sunt tria paria musculoꝝ huic ossi ꝓprioꝝ auctoritate Gal.6. de iuuamē. mēbro.c.8. dicentis. Et alij duo dyagonales.i. trāsuersales musculi vadūt ad duas mādibulas ⁊ duo alij parui q sunt in radice additamētoꝝ q̄ assimilant a qbusdaz criste galli. Et isti duo musculi ⁊ duo musculi quos dixi eē ligantes os sile laude lr̄e cū mādibula inferiori nō fuerūt positi nisi pp os laude lr̄e ꝓprie. Et qlibet eoꝝ ⁊ suus respondens mouet ipsuz duobus modis dyagonaliter ⁊ vnus motus est alij cōtrarius p attractionē ossis ad ꝯtrariā ptez ad quā attrahit ipz eius rñdēs. Alij aūt musculi residui nihil ex eis appropriat isti ossi. Ex his Gal. verbis inui videtur ꝙ nō sunt nisi duo paria musculoꝝ ꝓprioꝝ ossi laude. Dic ꝙ Gal. ibi loquitur de solis musculis suscipientib⁹ originem ab osse laude: nec negare intēdit quin sint aliqui alij musculi dicto ossi proprij aliunde orti.

¶ De anatomia musculoꝝ lingue. Capi.xiiij.

m Musculi ⁊c. ¶ In hoc capi. pmo tangit prin. numeꝝ musculoꝝ lingue. Scđo agit de musculis eius latitudinalib⁹ ibi [Duo sunt] Tertio de longitudinalib⁹ ibi [Et duo longitudinales] Quarto de trāsuersis ibi [Et duo, q eaz] Quīto de resupinantibus linguā ibi [Et duo musculi] Sexto de musculo lingue solitario ibi [In summa preterea.]

a ¶ In pma pte dicit ꝙ musculi mouentes linguam sunt nouem.s. quatuor paria ⁊ vnum solitarium.

b ¶ Duo sunt ⁊c.] ¶ In scđa dicit ꝙ duo sunt musculi lingue latitudinales ꝓcedentes ab additamētis sisaminis.i. ossibus silibus granis sisami iuxta aures inuētis. Vel lege ab additamētis sagittarijs.i. acularibus similibus sagittis ⁊ acubus vt a principe scribit.12. aīaliuz.c. de gustu. Et hi duo musculi continuantur cum lateribus lingue dextro ⁊ sinistro.

c ¶ Et duo ⁊c.] ¶ In tertia dicit ꝙ duo sunt musculi lingue longitudinales nati a supremo ossis laude. Et hi cōtinuantur cū parte media lingue.

d ¶ Et duo qui eam ⁊c.] ¶ In quarta dicit ꝙ sunt alij duo musculi lingue ex transuerso mouētes eaz q nascunt ex latere inferiori lateꝝ ossis laude ⁊ penetrant in linguā inter longitudinales ⁊ latitudinales musculos.

e ¶ Et duo musculi ⁊c.] ¶ In quinta dicit ꝙ sunt alij duo musculi resupinantes ⁊ cōuertentes linguam.i. facientes eam in se inuolui. Et locus hoꝝ est sub musculis iam nominatis. Et eorum villi sunt in latitudine expansi sub eis ⁊ continuati cum toto osse mandibule.

plantationem habentes ad pubis ossa deferuntur tangentes seinuicem rectos quidem musculos desuper inferius latos similiter habentes: equales aūt certitudinaliter non ſm longitudinem solum sed etiam latitudinem ⁊ profunditatem adinuicem existentes. ¶ Attende sexto ꝙ Gal. 5. de vti. parti. vocat musculos transuersos illos quos princeps hic vocat latitudinales ⁊ illos ibidem vocat obliquos quos hic princeps dicit transuersos. Et quinto de iuuamentis membrorūʒ ca. 1. vocat hos obliquos dyagonales. ¶ Attende septimo ꝙ ſʒ Galienū capitulo quinto quinti de vti. parti. latitudinales musculi vētris nō protendūtur ambo ſm latitudinem totius ventris: sed vnus eorum comprehendit latus dextrum ⁊ alter latus sinistrum: ⁊ sunt omnino sibiinuicē similes ⁊ ſm suas neruosas partes sunt sub musculis longitudinalibus: ⁊ ſm partes eorum carnosas sunt sub musculis trāsuersalibus. Ait enim illic Galienus. Qui vero sunt ad eos transuersi comprehendentes hic quidem dextram partem totius peritonei idest siphac: hic autem sinistram: equales ⁊ ipsi similes per omnia existentes submiserunt predictis quidem duobus musculis neruosum eorum: alijs vero carnosum. ¶ Attende octauo ꝙ dyagonales musculi quos vocat hic princeps transuersales dicunt a Galieno quarto de iuuamentis membrorum capi. 17. collocati esse supra musculos latitudinales ⁊ sub musculis longitudinalibus. Ait enim ibi. Et istorum octo musculorum qui sunt supra ventrē sunt quattuor quorūʒ fila sunt dyagonalia ⁊ sunt super duos quorum fila sunt ſm latitudinem: ⁊ sub duobus quorum fila sunt ſm longitudinem. Et sexto de ingenio sanitatis capitulo quarto ait. Post cutem ventris in vtraqʒ parte sunt ambo lacerti torti quorūʒ vnus a pectore descendit alter ab osse pectinis ascendit. Item post hos lacertos sunt alij lacerti per latitudinem tendentes post hos quoqʒ stat peritoneon. ¶ Attende nono ꝙ quaternarius musculorum ventris numerus comprehendit omnem musculorum positionem ex vtroqʒ latere ventris scilicet longitudinalem latitudinalem ⁊ duas transuersales. Juxta illud Gal. 5. de vtili. parti. capi. 5. Si enim ſm musculorum positiones organorūʒ actus fiunt: quattuor vero sunt omnes positiones eorum recta ⁊ transuersa ⁊ duplices oblique manifestum est: quoniam primus numerus qui est de quattuor omnem musculorum positionem in seipso comprehendit: ⁊ igitur quoniam diuiduum est dextris ⁊ sinistris corpus ⁊ equale certitudinaliter ex alterutra quidem sunt quattuor. ¶ Attende decimo ꝙ octenarius musculoꝝ ventris numerus est ita proportionatus ventris actibus: vt neqꝫ cōuenienter alius addi possit neqʒ aliquis ex ipsis auferri Juxta illud Gal. dicto capitulo. Et igitur qm̄ quidē quattuor sunt omnes positiones musculoꝝ: quarum alterutrinqʒ ⁊ musculi rationabiliter tot facti sunt neqʒ ad sermonem est possibile excogitare apponi eis alium musculum. Aut enim rectus aut transuersus aut obliquus iacebit quare superflue iacebit. Ac etiam neqʒ auferri sine magno damno. Si enim aliquem transuersorum abstuleris ⁊ rectorum tensionem his oppositam inequalem ⁊ iniustam operabitur subiectorūʒ pressionem vt ad nothas costas ⁊ femora extrapellantur omnia. Si vero rectorum perire excogitaueris aliquem transuersis manentibus ad media ventris omnia que sunt ex femoribus ⁊ que ſm nothas costas pellentur: sicut ⁊ obliquorum quoscūqʒ si abstuleris ad deperditoꝝ regionē illi qui manent expriment subiecta. Oportet autē non ita fieri sed vndiqʒ equereptabiliter ea exprimi. ¶ Attēde vndecimo ꝙ musculi ventris tensi omnes equaliter cōprimendo cogūt quod in se est expellere vel superius per ysophagum vel inferius per anum: sʒ dyafragma coadiutum per musculos pectoris prohibet expressa sursum ascendere obuiantibus sibijnuicem dyafragmate ex vna parte ⁊ octo musculis ventris ex alia ad instar duarum manuūʒ exprimentiū quod est inter eas. Juxta illud Gal. 5. de vtili. capi. 6. Intellige enīʒ mihi duas manus superappositas quidem sibiinuicem ſm carpos .i. rascetas distātes autem semper magis vsqʒ ad terminos digitorum. Sit autēʒ super subiacentem earum spongia aliqua vel farina vel aliquid tale potens superiacente applicata ⁊ contracta exprimi faciliter. Et his manibus proportionaliter habere ei q̄ subiacet dyafragma: ei vero que superiacet vniuersos qui ſm epigasteriūʒ .i. superficiem ventris musculos intellige ⁊ indici quidēʒ ⁊ medio rectos: eis vero qui sunt alterutrinqʒ alios. Deinde sicut ⁊ illi comprehendentes exprimūt farinam: ita ⁊ musculos intellige premere. Quid igitur hinc decet contingere nonne pelli inferius ea que intus sunt velut a duabus pressa manibus tangētibus quidem seinuicem ſm carpos distantibus autem plurimum inferins.

latitudinales.

¶ De anatomia musculorum testiculorum. Capitulum .xxiij.

Testiculorūʒ [a] autem virorum musculi sunt quattuor propterea vt testiculos custodiant ⁊ eos eleuent ne laxentur. Quisquis testiculus habet par sibi proprium. ¶ Mulieribus [b] vero vnum par sufficit scilicet cuiqʒ testiculo vnūʒ impar ꝑpterea ꝙ earūʒ testiculi non sunt in exterioribus: neqʒ sunt suspēsi quēadmōʒ viroꝝ.

¶ De anatomia musculorum vesice. Capitulum .xxiiij.

Super [a] os vesice vnus existit musculus qui ipsūʒ circundat: cuius villus super ipsius os dilatatur. ¶ Et eius [b] quidēʒ iuuamentum est vrinam vsqʒ ad horam voluntatis retinere. Et cūʒ voluntas expellendi affuerit eius laxabitur cōstrictio. ¶ Et vētris [c] musculi vesicaʒ vrgebunt

¶ De anatomia musculorum testiculorum. Capitulum .xxiij.

Testiculorum autem ⁊c̄. ¶ In hoc capitulo primo agit princeps de musculis testiculorum virorum. Secundo de musculis testiculorum mulierum ibi [Mulieribus vero vnum par.]

a ¶ In prima parte dicit primo ꝙ musculi testiculorum virorum sunt quattuor. Scdo dicit ꝙ vtilitates istorum musculorum sunt due. Prima est custodire eos. Et hoc faciunt dupliciter. Primo prebendo eis sensum quo percipiūt nocumenta occurrentia. Secūdo corroborando ⁊ inspissando substantiam testiculorum. Scda est erigere eos. Erecti enim ⁊ bene corpori iuncti efficacius ad superiora reuerberant naturalem ⁊ vitalem calores ⁊ a radicibus corporis abundantius recipiunt influentiam. Cuius rei signū est ꝙ homines habentes testiculos non multū pendentes inferius sʒ inguinibus proximos sunt vigorosiores ⁊ magis prolifici. Tertio dicit ꝙ vterqʒ testiculorū in viris habet vnum par musculorum sibi proprium ⁊ cum sint in homine perfecto duo testiculi quattuor in toto erunt testiculorum musculi.

b ¶ Mulieribus ⁊c̄.] ¶ In scda parte dicit duo musculi sufficiunt testiculis mulierum .s. cuiqʒ testiculo musculus vnicus: quia testiculi earū sunt interius reconditi non exterius suspensi sicut in viris. Et potest alia superaddi cā .s. ꝙ testiculi mulierum sunt multo minores testiculis viroꝝ. ¶ Dubitatur vtrūʒ testiculi musculos habeant vr̄ ꝙ non q: musculi sunt instrumenta voluntarij motus quibus mouemus quando volumus membra quorum sunt. Sed non mouemus quando volumus testiculos nostros nō appositis manibus aut nō moto alio membro ad cuius motūʒ sequitur ex consequenti motus testiculoꝝ. Neqʒ .n. sursūʒ neqʒ deorsūʒ neqʒ ad latera testiculos mouemus qn̄ nobis placet suis musculis sicut linguam manus labia ⁊ pedes. Item matricibus testiculis ⁊ osseo non distribuuntur nerui ad sensum certūʒ eis tribuendūʒ vel motum voluntarium: sed precise ad dinotionem nociuorum futurorūʒ occurentium. Juxta illud Galieni 14. de vtili. parti. capi. 13. Tribus enim existentibus intentionibus sicut antea monstrabatur neruorū distributionibus ad vniuersas particulas: sensus quidem in sensibilibus organis motus aūt in motiuis tristantium aūt dignotionis in reliquis omnibus: matricibus quidem totis ⁊ musculorum omnibus qui ſm testiculos ⁊ osseūʒ pauca opus erat distributione neruorūʒ ad vniuersas particulas: seu neqʒ ad sensum certum neqʒ ad motum aliquem ſm impetum famulantium. Item testiculi ex se nunq̄ʒ apparent voluntarie moueri sed veretro tenso sursum trahuntur ⁊ ipso detenso recidunt deorsum: non habent igitur proprios musculos. ¶ Oppositum huius determinat Galienus. 14. de vtili. pti. ca. xi. vbi postq̄ʒ declarauit ꝙ eedem sunt genitales particule in viris ⁊ mulieribus positione v magnitudine differentes: ait. Sunt autem ei scilicet mulieri ⁊ musculosa corpora descendentia ad testiculos in masculis ex musculis qui sunt ſm ypogasterium .i. infimum ventris quocirca ⁊ ſm hoc omnes particulas habet femineum animal quotquot ⁊ masculinum. Item eodem libro capitulo. 14. ait Quia vero pendēt testiculi masculi ꝑpterea ⁊ musculi ad alterutrūʒ eoꝝ vnus ex regionibus que ſm inguina peruenit vt ⁊ hi participent motu qui ſm impetum. Item rasis primo almansoris capitulo de musculis ait. In masculorūʒ quoqʒ testiculis quattuor inueniuntur musculi. Et Auerroys secūdo colliget capitulo decimonono inquit. Et quattuor musculos habent duo testiculi. Itē in coitibus homines pro libito voluntatis possunt aliquamdiu differre emissionēʒ spermatis a testiculis in virgam ⁊ sepe faciunt expectando ꝙ mulieres simul cum eis emittant: vnde crescit delectatio ⁊ facilius concipiūt: ergo motus testiculorum est in parte voluntarius: sicut arguimus de anhelitu q̄ʒ est voluntarius: quia dum volumus aliquamdiu retinemus ipsum. Nec valet si dicatur ꝙ dilatatio in emissione spermatis fit per musculos virge quia musculi virge non prohibent transitum a testiculis in virgam concesso ꝙ possent differre transitū a virga in vuluam. ¶ Attende primo ꝙ licet prima ⁊ principalis intentio creatōis musculoꝝ sit motus volūtarius de loco in locū gr̄a tn̄ aliq̄rū aliaꝝ vtilitatū qdā musculi facti sunt puta gr̄a sustētationis mēbroꝝ aliquoꝝ ⁊ corroborationis eoꝝ. Juxta illud principis cap. 4. summe presentis. Ab oculo vero posterius est musculus qui neruum concauūʒ quem post nominabimus sustentat: propterea ꝙ cū eo cōmiscetur ⁊ continuatur ⁊ eleuat ipsum ⁊ prohibet a laxitate. ¶ Attende secūdo ꝙ licet plurimi motuūʒ quos medici voluntarios vocant fiant a voluntate: quidam tamen horū ab imaginatiua procedunt voluntate renitente: sicut in quibusdaʒ deuotis religiosis volentibus continenter viuere frequenter ipsis inuitis virge eorum tenduntur ⁊ testiculi eriguntur propter imaginationes ⁊ fantasias occurrētes. His premissis dic primo ꝙ testiculi habent musculos vt probant allegata post oppositū. Dic secūdo ꝙ eorum musculi magis sunt ad sustentandum ⁊ corroborandūm testiculos q̄ʒ ad mouendum eos de loco ad locum sicut probant rationes ante oppositum. Dic tertio ꝙ motus musculorum testiculorum ad superiora concomitans erectionem virge plus sequitur imaginatiuam q̄ʒ voluntatēʒ: q: sepe dum volumus vt virga tendatur ⁊ testiculi erigantur ad coitum non fit: ⁊ interdum dum nolumus tunc fit.

¶ De anatomia musculorum vesice. Capitulum .xxiiij.

Super os ⁊c̄. ¶ In hoc capi. primo agit princeps de vnitate ⁊ situ musculi vesice. Scdo de iuuamento ipsius ibi [Et eius quidē] Tertio de cooperantibus ad expulsionem vrine a vesica ibi [Et ventris musculi.]

a ¶ In pma parte dicit ꝙ est vnus musculus super orificiū vesice q circūdat ipsum: ⁊ villus huius musculi extenditur super vesice orificiūʒ sicut clausoria burse circa burse orificium protendi solent.

b ¶ Et eius ⁊c̄.] ¶ In secūda dicit ꝙ vtilitas huius musculi est retinere vrinam vsqʒ ad horam voluntatis expellendi eam ⁊ quando voluntas expulsionis vrine affuerit constrictio musculi istius laxabitur ⁊ effluet vrina.

c ¶ Et ventris ⁊c̄.] ¶ In tertia dicit ꝙ octo musculi ventris de qbus actūʒ est capi. 22. summe p̄sentis laxata cōstrictione musculi vesice vrgebūt vesicā .i. ꝯstringēt ⁊ tūc vesica expellet vrinā adiuuante v̄tute expulsiua vesice nāli: ad id etiā coadiuuat vrine grauitas. Et si vis lege expellent ⁊ refer ad musculos ventris. ¶ Attende primo ꝙ vesice sufficit vnicus musculus ad prohibendūʒ intemporaneū exitū vrine: nec ad id est omnino vesice necesserius: q: sibi sunt intexti villi multi trāsuersales qbus retinet vrinā ⁊ vrine porus ē strictus obliquus. Juxta illud Gal. quinto de vtili parti. c. 7. Vesice cū hoc ꝙ strictū habet porum adhuc ⁊ omnis species inulorum inest sicut ⁊ ventri ⁊ etiam matricibus. Et sicut illorum clauduntur ōra circūtractis his qui insunt: ita ⁊ vesice meatus: vesica vero ad hoc qdem nō valde indiget auxilio claudi potens ⁊ sine musculo. Huius aūt scʒ non frequenter excernendi seu expellendi vrinam multiformitas inulorum qui ſm vesicam ⁊ maxime obliquoꝝ est causa. Postq̄ʒ enim oēs tetenderint circūtrahitur his que insunt quousqʒ sufficienter impleta doluerit: auxiliante ⁊ sustentante ad hoc p̄dicto musculo. ¶ Attēde secūdo ꝙ operatio principalior istius musculi est expressio p̄fecta vrine venientis ad porū vreticū: vt nec vna gutta illic remaneat. Juxta illud Gal. ibidem. Ut autem quicquid vtiqʒ ex ea exprimente ad vreticum incidit porū sufficienter obliquum existentem non remaneat: hoc amplius ibi musculūʒ hūc qui ex trāsuersis idest latitudinalibus est musculis extrorsūʒ ei apposuit. Ne-

qʒ enim

q̄ꝫ enim ita cito sicut nūc: neqꝫ certitudinaliter vtiqꝫ pertransiret vreticum porum tota vrina pulsum a pressione que fꝫ vesicam ⁊ eos qui sunt desup musculos: nisi ⁊ musculum hinc extrinsecus toti poro sufficienter obliquo facto circūapposuisset natura: ⁊ que post vrinam expressio residue fm guttā ⁊ maxime qn̄ fuerit mordax nullus organoꝝ eoꝝ desuper est actus sed solum istius musculi. ¶Attende tertio ꝙ a Galieno ibidēꝫ tria attribuunt huic musculo iuuamenta. Primuꝫ est vt in virga nihil omnino relinquatur vrine. Secunduꝫ vt claudat orificiuꝫ vesice. Tertiū vt conferat ad voluntatem expulsionis vrine. Naꝫ musculus iste quādo in vesica multa est vrina sentit grauitatem ⁊ inde voluntas excitatur ad expellendum vrinam: hꝫ autem illic series verborū Galieni ita. Unde primaꝫ eius vtilitatem hanc esse estimandum est vt nihil relinquatur fm vreticuꝫ porum. Secundam auteꝫ auxiliari clausioni vesice. Et tertiā ad voluntateꝫ excretionis conferre. Uel si malueris dic tertiam vtilitatē esse ad velocitatem excretionis. s. vt velocius expellat vrina. Juxta illud Galieni quarto de iuuamentis membrorum capitulo decimooctauo sic recitatis istas tres vtilitates.

⁊ vrinam expulsiua adiuuante expellet.

¶De anatomia musculorum virge. Capitulum .xxv.

Musculi[a] qui virgā mouent duo sunt paria. ¶Unius[b] paris musculi in duobus virge lateribus sunt extēsi qui cum extenduntur foramen dilatant ⁊ ipsum amplificant ⁊ penetratio rectificatur: ⁊ sperma in ipsa cum facilitate discurrit. ¶Aliud[c] vero par est quod a femoris osse oritur ⁊ cuꝫ radice virge fꝫ trāsuersionem continuatur ⁊ cum rectificatur tenditur ⁊ instrumentum fm rectitudineꝫ eleuatur: ⁊ cuꝫ constringitur reducit ipsum ad posteriora. Quod si vni eoruꝫ acciderit tensio ad ipsius partem declinabit.

Prima est q̄r iuuat expellere illud qd̄ remanet ex vrina in concauo colli vesice. Secūda est ꝙ adiuuat in constringendo vesicam ⁊ prohibet ne illud qd̄ exit exeat ante suam horam. Tertia est ꝙ est via vrine ⁊ adiuuat velocitateꝫ exitus eius. ¶Attende quarto ꝙ ad expulsionē vrine operanť multa. Primo octo musculi ventris ex vna parte ⁊ diafragma ex altera comprimentes inferiora ad instar duarum manuū superius coniunctarum. Secundo expulsiua naturalis vesice villis latitudinalibus operans ⁊ ipsos tendens relaxatis trāsuersalibus. Tertio musculus colli vesice primo se laxans vt vrina libere effluat. Secūdo se recolligens vt post riuulosum exituꝫ vrine vehementer exprimat qd̄ de vrina mansit in poro vrine ⁊ via virge.

¶De anatomia musculorum virge. Capi.xxv.

m Musculi ⁊c̄. ¶In hoc capitulo primo pnceps agit de numero musculorum virge. Secundo exequitur de duobus musculis dilatantibus foramen virge per quod sperma effluit ibi [Unius paris musculi in duobus virge lateribus sunt extensi] Tertio de musculis duobus tendentibus virgam ⁊ erigentibus ibi [Alud vero par quod a femoris osse oritur ⁊ cum radice virge.

a ¶In prima parte dicit ꝙ musculi mouentes virgam sunt duo paria idest quattuor musculi. Et idem intellige per hec nomina virga veretrum cablus: virile pudendum.

b ¶Uni⁹ ⁊c̄.] ¶In. 2. pte dic̄ ꝙ duo musculi vnius paris vge sunt ī duob⁹ lateribus virge dextro. s. ⁊ sinistro. Et eoruꝫ iuuamentum est quando extenduntur dilatare ⁊ ampliare foramē virge ⁊ facere vt sperma recte ⁊ faciliter per ipsum discurrat.

c ¶Aliud ⁊c̄.] ¶In tertia parte dicit ꝙ aliud par musculoꝝ virge nascit ab osse pubis: ⁊ trāsuersaliter continuatur cum radice virge. Et quādo istud par rectificatur seu dirigitur tenditur: ⁊ tunc eleuatur instrumentuꝫ scilicet veretrum fm rectitudinem. Et duꝫ constringitur hoc par. i. decidit a directione ⁊ tensione reducit ipsum veretrum ad posteriora. Et si tensio acciderit vni musculorum istius paris ⁊ non alteri virga declinabit ad partem musculi tensi. ¶Attende primo ꝙ motus erectionis ⁊ tensionis virge non solū procedit a voluntate sed qn̄qꝫ etiaꝫ ab imaginatione. Juta illud Galieni primo de motibus liqdis. c. 5. distin. 2. Actio vero instrumentoruꝫ generationis nō fit a voluntate tm̄ sed sepius absqꝫ voluntate obsequendo ei qd̄ aīa format ⁊ imaginatur. ¶Attende. 2. ꝙ substantia veretri est substantia ligamentalis orta ab osse pubis in hoc differens ab aliis ligamentis ꝙ est interius cōcaua: cetera vero sunt interius solida: sꝫ in eius ꝯcauitate nulla humiditas continet: nisi ꝙ sperma dum a corpore emittitur fluit per eam. Juxta illud Galieni decimoquinto de vtilitate particularum capitulo primo. Si igitur non vidisti vnq̄ꝫ ostendente aliquo medico eorum quibus cure est de operibus nature: nunc demum vide ab ossibus nominate pubis explantari corpus neruosum concauum simul ⁊ vacuum ab omni humiditate. Qui autem vere sunt phisici omnino excogitarent quoniam propterea ꝙ durum simul ⁊ concauuꝫ esse oportet pudendorum corpus: explantatur quidem ab osse sicut relique omnes colligationes: concauum autem est solum omnium sicut vtilitas iubet: hec Galienus. ¶Attende tertio ꝙ virga explantatur ex superioribus partibus ossium pubis vt ab ano recedat ⁊ iaceat aptius ad coitus exercendos: ⁊ iacet in medio non declinans ad aliquod lateruꝫ: quia regio media est aptior membro singulari non duplicato. Juxta illud Galieni nunc dicto libro capitulo secundo. Quare ex ossibus pubis explantatur omnino ex superioribus partibus eorum: sic enim plurimum ab ano abscedet ⁊ ad coitus melius iacebit. Quoniam autem neqꝫ ex sinistris partibus loci vbi nunc est: nec ex dextris hinc disces. Dictum enim est multotiens iam etiam ante quoniam quādo vna aliqua particula absqꝫ coniugatione alterius similis est: eaꝫ que in medio positionem requirit. Si autem par fiat a media regione alterutruꝫ equaliter abscedere vult. ¶Attende quarto ꝙ tensio virge valida non solum est ad coitus vtilis: sed vt distendať ⁊ dilatetur porus: quatinus complete ⁊ recte exiliat sperma: ⁊ ideo spadones non generant: quia ligamentuꝫ quod est in fine virge eorum torquet porum spermatis. Juxta illud Galieni nunc dicto libro capitulo tertio. Non enim sicut vtiqꝫ putaret aliquis gratia solius coitus: sed vt distēdatur ⁊ dilatetur porus vt ad plurimuꝫ exiliat sperma vtile est certitudinaliter tendi pudendum. Si enim non fm rectitudinem ferať per id: sed obliquetur fm quid ⁊ concidat: ibi detinebitur. Spadones enim nominatos quoniam propter ligamentum quod in fine virge est porus conuersus est generare impossibile est: non seu non habentibus sperma generatiuum: sed seu retentiuum in conuersione virge ⁊ anteferri non potens. Cōcordat autem sermoni huic sanatio quia incisio ligamento generant: hoc igitur fallimentū semper in omnibus contingeret si nō prouideret nā qualr amplus fil ⁊ diligenter rectus porus fieret in coitibus. ¶Attēde. 5. ꝙ nā sic puidit de distensione ⁊ dilatatione pori spmatis ꝙ poro extēso in inferioribus ptibus virge fꝫ lōgitudinē ipsius ex vtraqꝫ pte duos apposuit ei musculos: q ad istar duaꝝ manuuꝫ trahūt ad se ptes dicti pori āpliātes ipm sine declinatione. Juxta illud Gal. ibidē. In inferioribus. n. ptibus pudendi fm longitudineꝫ p mediuꝫ extensus porus locat⁹ est. Huic aūt supiacet neruus ꝯcauus. Ex alteru traqꝫ vo eius pte. 2. musculi vt velut a manib⁹ aliqbus tratus porus versus vtrasqꝫ ptes amplieť manēte indeclinabili toto pudendo. ¶Attēde. 6. ꝙ duplex est tensio virge cū dilatatiōe pori eius. Una est nālis q̄ fit in coitib⁹ cooperātib⁹ nūc dcīs musculis. Alia est innālis q̄ priapismus dr̄. Juxta illud. G. 6. interioꝝ. c. vltīo. Priapismus aūt ē magna tēsionis erectio ⁊ ī lōgitudīe ⁊ rotūditate magnificatio nulla coit⁹ ꝯcupiscētia nec calore existēte. i. augmētatio vetri tumore pmanēte sicut fit supine iacētibus.

¶De anatomia musculorum ficteris: Capitulum .xxvi.

Icteris[a] musculi sunt quattuor. ¶Unus[b] eorū est musculus qui ipsius comitatur os: ⁊ cum eius carne vehementer miscetur que permixtioni musculorum labiorum similatur. Et ipse quidem cohercet ⁊ stringit anum ⁊ sua expressione stercoris reliquias que sunt in ipso excutit. ¶Et[c] musculus qui est positus magis interius q̄ꝫ iste ⁊ cuius statio est fm comparationem capitis hominis ⁊ estimatur ꝙ sit habens duo extrema cuius extremum cum radice vge pro certo continuatur. ¶Et par[d] qd̄ super hos omnes trāsuersum existit cuius iuuamētū ē lōgaonē sursū eleuare: ⁊

¶De anatomia musculoꝝ ficteris. Cap.xxvi.

f Icteris musculi ⁊c̄. ¶In hoc capitulo pmo agit princeps de numero musculorum ani. Secūdo exeqtur de musculo immixto ori ani ibi [Unus eoruꝫ] Tertio de musculo ani magis intraposito ibi [Et musculus q est] Quarto de musculis subleuantib⁹ anū ibi [Et par qd̄ sup.]

a ¶In prima parte dicit ꝙ musculi ficteris sunt quattuor: ⁊ non dicit ꝙ sūt duo paria q̄r primus ⁊ secundus horum non sibiinuicem correspondent fm parilitatem sicut duo vltimi. ¶Attende ꝙ ficteris est extrema pars inferior longaonis: sicut meri est extrema pars superior viarum cibi. Et hec duo extrema sola volūtarie mouentur inter membra que sunt via cibi. Juxta illud principis tertii. 16. capitulo primo. Et non mouetur aliquid horū membrorū que sunt via cibi propter lacertos: nisi duo extrema scilicet caput ⁊ est meri ⁊ guttur: ⁊ inferius: ⁊ est ficteris: ficteris igitur est idem qd̄ anus.

b ¶Unus ⁊c̄.] ¶In secūda dicit primo ꝙ vnus musculorū ficteris est musculus comitans orificium ani vehementer immixtus carni eius: ⁊ permixtio huius musculi cum carne orificii ani est similis permixtioni musculoruꝫ labiorum cum carne ipsorum. Secūdo dicit ꝙ duplex est vtilitas huius musculi. Prima est coercere ⁊ constringere anum ne feces exeant ante tempus debitū. Secunda est excutere reliquias fecum que sunt in ano. ¶Sed instabit aliqs aduersus hanc secūdam vtilitatem auctoritate principis tertii. 20. tractatu primo ca. vigesimonono dicentis. Et scias ꝙ spasmus membrorū spermatis est solutiuus: ⁊ spasmus lacerti ani est retentiuus quoniam lacertus ani est creatus ad retinendū ⁊ ille ad exprimendū. Dic ꝙ lacertus ani est primo ⁊ principaliter ordinatus ad retinendū ⁊ prohibendū intemporaneū exitū fecū. Et ē aliquo modo y accidens expressiuus. Nā dū se laxauit vt feces exirent rursus se recolligit ⁊ se recolligendo comprimit qd̄ de fecibus in eo remansit.

c ¶Et musculus ⁊c̄.] ¶In tertia dicit ꝙ ex musculis ani est alius musculus magis intrapositus q̄ꝫ primus ⁊ statio eius est fm comparationeꝫ capitis hominis idest sursum tendit versus caput hominis eleuatus supra primum. Et quidaꝫ estimant de isto musculo ꝙ duas habeat extremitates seu caudas. Et extremitas huius musculi pro certo continuatur cum radice virge. Et inde est ꝙ in calculo ⁊ excoriatione vesice compatitur anus: ⁊ seipsum frequenter exprimit quasi foret assellādi tempus absqꝫ effectu. Et istius musculi iuuamenta sunt similia iuuamentis primi. Juxta illud principis decimotertio animalium capitulo de intestinis. Et est alter interius ⁊ est equalis predicto in retentione ex omni parte ⁊ iuuat predictum musculum in retentione ⁊ in fecis expressione per constrictionem. Deinde subdit de ambobus nunc dictis musculis loquens. Et extremitates istorum musculorum coniunguntur cum radice virge: ⁊ hoc dicit hic de solo secundo.

d ¶Et par qd̄ ⁊c̄.] ¶In quarta parte dicit ꝙ ex musculis ani est par vnuꝫ transuersaliter situatū supra duos predictos musculos. Et eius vtilitas est eleuare sursum longaonem idest vltimum intestinorum. Et non accidit communiter vt longaon egrediatur fm partem eius inferiorem que dicitur anus nisi ex laxitate musculorū huius paris. Et de isto pari dicit princeps decimoquarto aīalium capitulo de intestinis ꝙ eleuat nates. ¶Attende primo ꝙ musculorum ordinatorum circa fecum expulsionem quidam prohibent earum intēporaneuꝫ exitum vt ani musculi. Alii feces expellunt tēpore debito sicut octo musculi ventris obuiantes diafragmati fm modum contactus duarum manuum aliquid exprimentium. Juxta illud Gal. quinto de vtilitate particulaꝝ capi. quinto. Intēporanee quidem igitur effluere qui anum operantur musculi non concedunt. In tempore vero permittunt qui fm epigasteriuꝫ idest superficiem ventris sunt omnes. ¶Attende secundo ꝙ Galienus enumerās musculos ani non ponit eos nisi tres scilicet tres vltimos in hac littera descriptos. Primum vero hic descriptum non reputat esse musculum: sed corpus medium inter musculum et cutem quasi ex ambobus esset compositum. Ait enim quarto de iuuamentis membrorum capitulo decimoseptimo. Et in cella sunt tres musculi. Quoꝝ vnus est in ano ⁊ est singulus nō hn̄s fratrē: ⁊ est circūdans anū fm latitudinē: cū stringat extremū intestini recti ⁊ ꝯgreget ipsum ꝯgregatiōe pfecta. Et sub isto musculo ex pte extremi eius manifesti est quoddam corpus circundans anuꝫ fm latitudinem: ⁊ sb̄a eius est mediocris

inter substãtiam musculi & substantiam cutis quasi esset admixtum composi/tum ex vtroqz sicut extremum labiorum. Et vtilitas eius in ano est sicut vtili/tas illius musculi: sed est minor eo in fortitudine. Duo autem musculi residui ex musculis ani sunt positi dyagonaliter idest transuersaliter super illum mu/sculum extensum. Et vterqz illorum est positus in altero laterum. Et vtilitas illorum duorum musculorum est attrahere anum & eleuare ipsum ad superius in hora in qua exitus accidit ei propter tenasmon forte: hec Gal. Eiusdem snie meminit: quinto de vtilitate particularum capitulo quinto. ¶ Attende tertio q duo supremi musculorum ani sunt communiter in pueris molles & debiles propter suam nimiam humiditatem. Et ideo a leui causa sicut a nimia compressione patiun/tur exitum ani: & cum paraliticantur vix anus sur/sum leuatur: & exiens indiget manibus reponi. Juxta illud Galieni ibidem. Et quando demum paraliticantur vel imbecilles fiunt hi musculi difficulter: & vix superuelli contingit anum. Aut omnino euer/sum manere vt manibus egeat auxiliantibus.

neqz accidit longaonez egredi nisi propter ipsius laxitatem.

¶ De anatomia musculorũ coxe. Capitulum .xxvij.

e X musculis[a] coxe maior est ille qui eam extendit deinde ille qui eam contrahit. Ex suis naqz operationibus nobiliores sunt isti duo motus. Uerumtamen extẽsio contractione nobilior existit: quoniã statio non conuenit nisi cum extensione.

Postea sunt musculi qui elongant: deinde illi qui appropinquare post illi qui circuire faciũt. ¶ Ex[b] musculis autem coxe iuncturam extendentibus est vnus qui est omnibus corporis musculis maior: & ipse est musculus qui os femoris & anchã coopit & sup totã coxaz voluitur ab interioribus & exterioribus: & posterioribus donec ad poplitez perueniat: cuius villi diuersa habent principia: quapropter ipsius operationes sm diuersas specificãtur species. Ex ipsius naqz villis est qui ab infimo ossis femoris nascitur & declinando ad domesticũ dilatat. Et est alius ex villis eius cuius ortus est parum altior ortu istius qui coxam tantum ad superiora eleuat. Et est alius cuius ortus est valde altior ortu istius qui coxam ad superiora ad domesticum declinantem eleuat. Et est ex eis alius cuius origo est ab osse anche qui satis coxam sm rectitudinẽ dilatat. ¶ Et est ex eis musculus qui totam anche iuncturam posterius cooperit tria habens capita et extrema duo. Et hec quidem capita ab ilio & ancha & albaosos nascuntur: quoruz duo sunt carnosa & vnum pãniculare. Duo vero extrema cum posteriore capitis coxe parte continuantur. Et si cum vno traxerit extremo cum declinatione ad ipsuz dilatabit. Et si cum duobus traxerit extremis sm rectitudinem dilatabit. ¶ Et ex eis est musculus qui a tota ossis ilij superficie oritur & cum extremo maioris additamenti continuatur & vocatur tarchametra maior: & paruz ad anteriora extenditur & cum declinatione ad domesticum dilatat. ¶ Et est alius talis qualis iste q in primis cũ infimo additamenti minoris continuatur: deinde descendit & illius operatione operatur. Uerũtamen eius est paruam dilatationem & multam efficere declinationem. Cuius origo est ab infimo superficiei ossis ilij. ¶ Et est ex eis musculus qui ab infimo ossis anche oritur ad posteriora declinans: & dilatat ipsam: et eam ad posteriora pa-

¶ De anatomia musculorum coxe. Cap. xxvij.

e X musculis coxe &c.

¶ In hoc capitulo primo tangit princeps qnqz species seu modos musculorum coxe cõparans eas inuicem in nobilitate. Secundo exequitur de musculis qui coxaz extendunt ibi [Ex musculis autem coxe iuncturam extendentibus] Tertio de constringentibus ibi [Ex musculis vero coxe iuncturam constringentibus] Quarto de declinantibus ad interiora ibi [Ex musculis vero qui ad interiora declinare] Quinto de declinantibus ad exteriora ibi [Declinare vero] Sexto de facientibus circuire ibi [Sed circuire facientes sunt duo musculi]

a ¶ In prima pte que est textus presens innuit q sunt quinqz modi musculorum mouentium iuncturam coxe scilicet extendentes coxam: contrahentes eam: elongantes vnam ab altera: approximantes ipsas ad inuicez: circuire facientes. Et dicit primo q maximus inter musculos coxe est ille qui extendit eam. Secundo dicit q post istum in magnitudine & nobilitate est musculus contrahens coxam. Tertio dicit q nobiliores motuum coxe sunt extẽsio & contractio ipsius. Quarto dicit q extensio coxe est nobilior ipsius contractione: quia statio sm erectionem corporis non fit nisi cum extensione coxe. Et statio est dignus partium situs soli homini proprie cõueniens. Quinto dicit q post musculos coxe extendentes & contrahentes sunt hi qui elongant coxas ab inuicem: deinde illi qui appropinquant eas: & vltimo musculi faciẽtes circuire coxam in magnitudine & nobilitate. ¶ Attende primo q iunctura vertebri cuz pixide anche de cuiuis motibus hic agitur paucioribus mouetur motibus q̃z iunctura adiutorij cuz spatula: sed motus eius sunt minus fallaces & minus proni ad dislocationem. Juxta illud Galieni decimoquinto de vtilitate particularum capitulo octauo. De musculis vero mouentibus articulum qui est sm vertebrum iam dicimus. Quoniaz igitur oportebat hũc diuersis quidem: minus autem q̃z eum qui sm humerum infallacioribus vero illo motibus idoneum esse in decimotertio tractatu dictum est. ¶ Attende secundo q iunctura vertebri cum scia in simijs est multuz proxima iuncture vertebri cum scia in hominibus nisi q musculi qui clunes constituunt in hominibus sunt in simijs multum decurtati & velut recisi: & iunctura ista minus abscedit ad exteriora: & ideo volentes experiri musculos mouentes istã iuncturam in simijs videri possunt. Juxta illud Galieni ibidem. Ita quidem ipsi simie & articulus qui sm vertebrum prope naturam humani venit non tamen egreditur sicut vniuersa manus. Idcirco & musculi carnosi qui pigas idest clunes operantur in simijs quidem se habent ridiculose sicut & alia vniuersa imitationem enim ridiculosam hominis ostendimus hoc animal existere in homine vero optime situantur ad bonam figurationez simul necessariaruz particularuz & incompressibilem & vice stabilem sedem in sedendo. Hos igitur simia habet decurtatos: sm alia vero omnia consimiliter homini disponitur. Experiri igitur in hac sermonem qui dicendus est de mouentibus articulum qui sm vertebrum musculis. In ea enim & anatomici qui ante nos doctrinam hanc faciebant musculoruz. ¶ Attende tertio q natura creauit musculos: qui coxam extendunt & flectunt plures & maiores: quia extensio & flexio coxe sunt ipsius precipui motus: consequenter illos qui mouent ad latera. Deinde circunuertentes. Juxta illud galieni ibidem. Quoniã igitur oportebat articulum hunc flecti quidem sursuz allato crure: extendi vero deorsuz allato: & in his maxime erat precipuitas actus ei: minor enim erat vtilitas intus ductionis versus alterum crus & abscessionis exterius. Et adhuc magis circũuersionis versus alterutras partes concedet vtiqz quis mox considerãs in ea que sm magnitudinem & numerum differentia musculorum artem nature q maximos quidem & plurimos eos qui extendunt & flectunt collũ operata est: consequenter autem his magnitudine & multitudine eos qui ad lateralia mouent. Deinde his minores eos quicunqz circũuertunt collum.

Ita quidem rationabiliter prima differentia musculorum tripliciter distributa est vtilitati motuũ proportionata. ¶ Attende quarto q musculi flectentes coxam sunt minores extendentibus eam magnitudine & numero. Et mouentes intus his q mouẽt extra. Et circũuertentes sunt quodãmodo inuicẽ equiperabiles. s. circũuertentes versus exteriora circũuertentibus versus interiora. Juxta illud Gal. ibidem. Minores ei q flectunt eis qui extendunt facti sunt & magnitudine & numero. Eis vero qui abducunt extra: qui ducunt intus. Qui vero circũuertunt in circuitu coxam: eqparabiles quodãmõ sunt.

b ¶ Ex musculis &c.] ¶ In hac parte secunda que est de musculis extendentibus coxaz sunt qnqz pticule: iuxta numerũ musculoz coxã extendentiũ. Secũda particula incipit ibi [Et est ex eis musculus q totaz anche] Teria ibi [Et eis est musculus q a tota] Quarta ibi [Et est alius talis] Quita ibi [Et est ex eis musculus q ab ĩfimo.] ¶ In prima particula dicit primo q ex musculis extendentibus iuncturaz coxe est vnus qui maior est ceteris musculis corporis. Et est musculus q coopit os femoris & anchã & voluitur sup tota coxaz intus extra & posterius donec veniat ad genu. Et villi ipsius hñt. 4. pricipia seu loca originũ penes q̃ diuersificant opationes ipsius. Scdo dicit q vnus villoz istius musculi nascit ab infima pte ossis femoris & dilatat coxaz declinando eam ad interiora. Et alius eius villus orit paulo altius pmo & eleuat coxaz ad supiora tantũ sine declinatiõe. Et tertius villus eius oritur multo altius duobus primis & eleuat coxam ad superiora cum declinatione ad interiora. Et quartus villus eius oritur ab osse anche. Et iste satis sm rectitudinem dilatat coxam. ¶ Attende hic q os femoris & os anche vnde oriuntur isti villi sunt vnum & idem os qd sm ipsius partem posteriorez vocatur os anche: & sm partẽ ipsius anteriorẽ os femoris dr. Juxta illud principis. c. 25. sum. 1. doc. pñtis. Et illud est ad anteriora os vocat femoris. Et illd qd est ad posteriora vocat os anche.

¶ Et est ex eis &c.] ¶ In sa particula dicit primo q ex musculis extendentibus iuncturam coxe est vnus alius coopertens posterius totam iuncturã anche. Et iste musculus hz tria capita & duas caudas. Secũdo dicit q tria capita musculi istius oriũtur a tribus membris: vnũ ab ilio: aliud ab ancha: aliud ab alhoosos. i. osse caude: & de istis capitibus duo sunt carnosa & vnũ est pãniculosũ. Tertio dicit q due caude musculi istius ɔtinuant cum pte posteriori capitis coxe. Quarto dicit q si musculus ista traxerit coxã cũ vnica ex caudis suis dilatabit coxam cum declinatione ad illam caudam: & si coxam traxerit cum vtraqz cauda dilatabit eam sm rectitudinem.

¶ Et ex eis &c.] ¶ In. 3. dicit q ex musculis dilatantibus iũcturã coxe est alius musculus nascens a tota supficie ossis ilij qui ɔtinuat cũ extremitate maioris additamenti capitis coxe: & hoc maius additamentum dicitur arabice tarcametra maior & grece trocãtica. Et extenditur iste musculus modicuz ad anteriora & dilatat coxam cum declinatione ad interiora.

¶ Et est alius &c.] ¶ In. 4. dicit q ex musculis extedentibus iuncturaz coxe est vnus alius similis nunc dicto qui cõtinuat in primis cũ inferiori pte minoris additamenti capitis coxe: deinde descendit & illius opatione operat. i. mouet coxã sicut nunc dictus musculus. Uerũtñ parũ dilatat coxã & multũ eam declinare facit. Et nascit ab infimo supficiei ossis ilij. Et intellige per os ilij os anche sm ipsius ptez exteriorem. Juxta illud prin. c. 25. sum. 1. doc. presentis. Illud quod est ad partem siluestrem vocatur alhartapha & os ilij.

¶ Et est ex eis &c.] ¶ In. 5. pti. dicit q ex musculis extẽdẽtibus iũcturã coxe est vnus alius ortus ab infimo ossis anche declinans ad posteriora. Et iste dilatat iuncturã coxe faciens eam modicuz declinare ad posteriora & sufficiẽter ad interiora. ¶ Attẽde primo q hic agit de motu coxaruz & musculis eius q actus coxaz sunt tres. s. ambulatio cursus & statio. Juxta illud Gal. 15. de vti. pti. c. 9. Actus cruz cuius gra facta sunt ambulatio ẽ & cursus & statio. Et in illo libro capit vbiqz crura p coxis. ¶ Attẽde. 2. q statio fit in cruribus silr se habentibus. Sed ambulatio & cursus fiũt ipsis ɔrio mõ se hñtibus. Juxta illud Gal. ibi. Sz ambulatio qdez & cursus ecõuerso adinuicez dispositis: statio po silr se hñtibus fit. Scdm stationez. n. firmatuz est in terra alterutrũ silr tensuz in ambulando vero & currendo hoc qdez firmatum est hoc vero transfertur. ¶ Attende. 3. q in ambulando vel currendo plus laborat crus qescens siue fixuz q̃z illud q transfert: Juxta illud Gal. ibi. Et maior est labor tũc ei quod qescit: qd. n. transfert seipsum soluz mouet qd vero firmatuz est non seipsum soluz inclinatuz extendit: sz ẽt vniuersum vehit corpus duplex portans onus respectu eius qd prius ambo stantia portabant. ¶ Attende. 4. q musculi flectentes iuncturã coxe transferunt coxaz: sz instantibus extendentes musculi sunt fortiter tensi: & si paz flexi fuerint disponit corpus casui. Juxta illud. G. ibi. Sed in transferendo qdem crus qui flectunt id plus agunt stantibus aũt extensionis ɔditores musculi fortiter tensi pmanent. Et si demuz paz flexi fuerint ad piculuz pueniet casus totuz corpus. ¶ Attende. 5. q qñ sursum portamus coxam ipsa flectit sm inguẽ: & tunc oportet si seruari debeat sic eleuata:

q tendantur

rumper declinare facit: ⁊ ad domesticū sufficienter declinare facit. ℭ Ex[c] musculis vero coxe juncturam constringētibus est musculus vnus qui cum declinatione ad domesticum parua constringit: ⁊ est musculus rectus qui a duabus descendit originibus quarum vna cuz fine lumborum ⁊ altera cum osse ilij cōtinuatur. Et ipse quidem sunt que cum minore additamento domestico continuātur. ℭ Et musculus qui ab osse femoris nascitur ⁊ cū infimo additamenti minoris continuatur. ℭ Et musculus ad duo latera ipsius transuerse extēsus q est sicut ps maioris. ℭ Et quartus qui a re preparata post os ilij stante oritur ⁊ ipse etiam crus contrahit colligendo coxam. ℭ Ex[d] musculis vero q ad interiora declinare faciunt: iam quidam nominati fuerunt: vbi dilatationis ⁊ constrictionis mentionem fecimus. Et hec quidem mouendi species habz musculum qui ab osse nascitur femoris ⁊ adeo fit longus vt ad poplitem perueniat. ℭ Declinare[e] vero ad exteriora facientes sunt duo musculi. Et eorum vnus ab osse lato venit. ℭ Sed[f] circuire faciētes sunt duo musculi: quoruz vn⁹ a siluestri femoris: ⁊ alter ab ipsius orit domestico. Et cū sibi obuiāt trāsuersantur ⁊ fiunt carnosi apud locum ꝓfundū circa posteriora additamēti

ꝙ tendantur musculi flectentes coxaz. Sed coxa extenditur dum portamus eaz versus pauimentuz. Et tūc maxime extendit qñ stamus. Juxta illud Gal. ibi. Flectitur igit ſm bubonez crus sursuz ferentibus nobis id: ⁊ si custodire volueris in hac figura collū tendi opz flectentes musculos. Extendit autem deorsuz ferentibus versus pauimentū. Sūma aūt extensio ⁊ vltima est stantibus. ℭ Attende sexto ꝙ nā cōmisit opus extensionis juncture coxe summe ⁊ vltime qualis est instantibus magnis multis ⁊ fortibus musculis. Juxta illud Gal. ibi. Quare rōnabiliter nā fortibus ⁊ multis ⁊ magnis musculis cōmisit hoc opus. Primo qdem ei q tegit totū articulū ex posterioribus ptibus proportionalr se habēti ei qui est ſz epimidam .i. partē que est i extremitate humeri. Scdo vero ei q post ipsuz q ex extrinsecis qdem partibus oiuz preest ossi femoris: implantat aūt ad magni trocantice altitudinez paꝛ ab anteriori assumēs. Tertio aūt ei q post hunc ex ētrīsecis qdez ⁊ īferioribu; partibus explantatioñe habenti implantato aūt primis qdem intrinsecis ptibus magni trochantice. Consequenter aūt anterioribus applicato ⁊ quarto cōmisit euz q explātatur quidem ab amplo osse: implantatur aūt ex posterioribus ptibus oibus vsqz ad caput magni trochantice: hec Gal. Consequēter multis interpositis eo. ca. ait. Alius aūt preter hos est qntus musculus maximus oium eoꝝ qui in corpore musculoꝝ applicatus qdez ab intus ⁊ ex posterioribus ptibus toti ossi qd est ſm coxaz vsqz ad genu. Ex qbus apparet ꝙ tot ⁊ tales musculos extensionis juncture coxe numerat hic prin. quot ⁊ quales Gal. ibi numerauit. Sed quez prin. hic assignat primū Gal. illic assignat qntuz. ℭ Attende. 7. ꝙ primus extēdentiuz ſm modū numerationis Gal. suptendit coxaz cum declinatione ad latera. Et secūdus eleuat ⁊ interius trahit caput coxe. Et duo alteri supertendunt ⁊ circūuoluūt id qd est intra crus ad exteriora: pauloplus q̄ʒ supertendant. Sed multominus musculis qbus circūuersio deputata est. Juxta illud Gal. ibi. Sed primus quidez oium predictus non indeclinabilē: sed declinabilez ad lateralia facit suptensionem. Secundus aūt supertendit qdem simul ⁊ intus trahit coxe caput. Reliquoꝝ vero duoꝝ alteruter supertendit qdem modicuz: circūuertit aūt quod quidem intus extra crus parum plus q̄ʒ suptendat: multo vero minus musculis q hoc ipsuz habent opus qd postea exponam. ℭ Attende octauo ꝙ primus nunc dictorum bifurcatus ſm caudam qñ agit cū vtraqz cauda recte eleuat coxam. Sed duz mouet cuz vnica declinat ad latus. Juxta illud Gal. ibidem. Predictoꝝ. n. quattuor musculoꝝ: primus qdem oium duplicibus implantationibus extendens crus rectum qdem ipsum certitudinalr ambabus agens operat: paꝝ autez declinat ad lateralia p solaz alterā eaꝝ. ℭ Attende nono ꝙ qntus musculus extēdentium ſm numerationez Gal. diuersos exercet motus ſm diuersitatē villoruz ꝓuenientiū ad ipsum. Juxta illud Gal. ibi. Huius musculi inuli q sunt ex pte posteriori q a vertebro prodeūt firmant firmiter crus extendētes articulationez. Operant aūt nō minus hoc ⁊ q per inferiores ptes explantant ossis pubis cū breuissima quadā intus receptiōe. Altiores vero his intus ducūt coxā sicut q sunt oium altissimi ducūt versus ante ⁊ attrahūt sursuz. Ex istis appz ꝙ motus istoꝝ musculoꝝ sunt sepe permixti nā sic disponente ꝙ per eadem instra multi actus fiant Juxta illud Gal. ibidem. Qm̄ aūt motus permixti vt plurimum sunt nā prouidente semp pauca organa multos aīalibus actus efficere propterea in extendentibus musculis ⁊ eoꝝ qui aliquando aliquez motum cum hoc operantur necessario memorabor.

c ℭ Ex musculis ⁊c.] ℭ In hac pte tertia que est de quattuor musculis constringentibus juncturam coxe sunt particule quattuor. In prima arguit de primo. In secunda de scdo: ibi [Et musculus qui ab osse] In tertia de tertio ibi [Et musculus ad duo latera] In quarta de quarto: ibi [Et quartus qui a re preparata]

ℭ In prima pti. dicit ꝙ de musculis constringentibus jūcturaz coxe est vnus musculus q constringit coxam cum parua declinatione ad partez interiorez. Et ipse est rectus ⁊ oritur seu descendit a duobus capitibus vel duabus originibus quarum vna continuatur cum fine lumborū ⁊ altera cum osse ilij. Et iste musculus cōtinuatur cū minore additamento capitis coxe.

ℭ Et musculus ⁊c.] ℭ In scda dicit ꝙ de musculis constringentibus coxaz est vnus alius musculus ortus ab osse femoris qui continuat cum infima parte additamēti minoris capitis coxe.

ℭ Et musculus ⁊c.] ℭ In tertia dicit ꝙ tertius ex his musculis trāsuerse extenditur ad duo latera musculi secūdi. Et est velut pars musculi maioris qui persona dicitur ⁊ est primus extendentium a principe nominatorum.

ℭ Et quartus ⁊c.] ℭ In quarta dicit ꝙ quartus ex his musculis nascitur a re preparata stāte post os ilij a neruo. s. illic implātato vel ab aliquo additamento ossoso qd est in medio ossis ilij vnde orit ligamentū ꝓueniens ad hunc musculū ⁊ ꝯhit crus. i. juncturam genu flectēdo coxaz. ℭ Attēde primo ꝙ isti 4. musculi dilatantibus antedictis oppositi sunt minores eis ⁊ pauciores. Juxta illud Gal. 15. de vti. pti. c. 9. Oppositi vero ꝑdictis. 5. musculis q flectunt articulationē minores his sunt numero ⁊ magnitudie q desup rectus ex duabus explātationibus vni tenonti. i. chorde implantat ad sumitatez parui trochantice. i. capitalis additamenti ossis coxe ⁊ q cuz eo qdem ad ipsuz trochānticaz descendens implātatur implātione humiliori. i. inferiori explātationem aūt ex anterioribus ptibus pubis facit cui musculus alius velut pars quedaz magni circūtendit obliquus similē actuz habens ⁊ quartus q articulationez que est ſm genu extendit p deneruationē. i. chordaz que transit molaz. s. rotulam genu: hec Gal. ℭ Attende scdo ꝙ iste quartus musculus p accidens flectit coxaz: sed tres alij priores flectūt eam principalr ⁊ ex officio ꝓprio. Juxta illud Gal. ibi. Sed iste qdem ſm accidens flectit coxaz: alij vero tres ſm principalez actū qui qdem desuper descendit. s. primus paꝝ declinans intus: qui vero sunt ab anterioribus ptibus ossis pubis. s. duo alij multuz qdez intus inclinantes paꝝ vero supernellentes. ℭ Attende tertio ꝙ dictus quartus musculus multū supertendit ⁊ flectit coxam: sed nō tantuz quantū tertius: quoniam tertius principiū sumens a musculo maximo ⁊ intrinsecis ptibus ossis femoris implantat additamēto minori capitis coxe. Quartus vero factus gr̄a extensionis juncture genu explantatur ab osse femoris ⁊ sub genu implantatur: ⁊ ideo qñ tendit non solum supereleuat tibiam inferiorem: sed flectit etiaz coxam. Juxta illud Galieni ibidem. Quartus vero quem vtiqz ſm accidens dixi ⁊ nō principaliter gratia articuli qui ſm vertebrum coxe factum: multuz quidem facit supertensionem ⁊ flexionez tamen deficit multum a prius dicto Ille enim a persona ⁊ intrinsecis partibus ossis femoris principium habens ad paruū accedit trochanticam. Iste autem qui eaz que ſm genu articulationem extendit gratia cuius factus est: quoniam explantationem ex dorso dextro habz ab osse femoris propterea intensus in seipso: non solum tibiam superuellere natus est: sed etiam coxam flectere. Attende ꝙ natura sagax nō fecit hunc musculū nasci sub junctura coxe: quia sic solam juncturam genu moueret: sed super coxe juncturam vt simul moueat coxam ⁊ tibiam. Juxta illud Galieni ibi. Et si demū ex inferioribus partibus articulationis: que ſm bubonem idest inguem explantaretur solam vtiqz sic: tibiaz moueret. Sed hoc ipsuz prouide natura fecit ex superiori parte articulationis que ē ſm bubonem explantans musculum hunc vt preter operabiliter idest preter intentum principale ⁊ alium aliquem motum operetur necessarium animali.

d ℭ Ex musculis vero ⁊c. ℭ In hac parte quarta dicit primo ꝙ ex musculis facientibus declinae coxam ad interiora sunt aliqui de iam nominatis in numero dilatantium ⁊ constringentium. Secundo dicit ꝙ species motus coxe ad interiora habet vnum musculum ortum ab osse femoris ita longum ꝙ peruenit vsqz ad poplitem. ℭ Attende primo ꝙ coxa ducitur ad interiora per duos musculos explantatos ab anterioribus partibus ossis pubis. Et hi duo musculi non solū trahūt coxam: sed ēt moderate flectunt eam. Et sunt duo medij ex quattuor flectentibus nominatis in parte priori. Juxta illud Galieni decimoquinto de vtilitate particularum capitulo nono. Qui vero intus adducunt coxam sunt duo quidem predicti ex anterioribus partibus ossis pubis explantationes habentes non solum intus trahere colum: sed etiā flectere moderate potentes. ℭ Attende secūdo ꝙ de musculis coxam ducentibus ad interiora est alius tertius musculus non equalis longitudinis vt hi: sed maioris nascens ex anterioribus partibus ossis pubis: qui coxe circūducitur vsqz ad genu: ⁊ in intrinseco ipsius capite terminatur. Et intrinseca portio maximi musculi primi extendentium similiter mouet coxam. Juxta illud Galieni ibi. Tertius autem alius non sicut hi longus: sed sufficienter lōgus explantatus quidem ex anterioribus partibus ossis pubis toti colo circūducitur vsqz ad genu in intrinseco eius capite desinens. Ac etiam maximi musculi intrinseca portio eundem actum habet.

e ℭ Declinare vero ⁊c.] ℭ In hac parte quīta primo dicit ꝙ sunt duo musculi facientes declinare coxam ad exteriora. Secundo dicit ꝙ vnus istorum venit ab osse lato seu sacro idest a spondilibus non veris seu ossibus alhouis que sunt inter spondiles renum ⁊ ossa caude: qd quidem os articulatur ossibus anche sicut predictum est. Sed queret aliquis vnde nascitur alter musculorum declinantium coxam ad exteriora. Et quare princeps hic non declarat eius ortum cum dicat ꝙ sunt duo. Dic ꝙ altera est portio magni musculi qui numeratus est primus inter extendentes. Juxta illud Galieni quindecimo de vtilitate particularum capitulo nono. Versus extra autem abducunt coxam altera portio eius qui ante omnes dictus est. Et q ab amplo prodit qui ⁊ circūuertere eam parum dictus est. Et quia de ortu predicti musculi superius actum est: hic de ipso siluit.

f ℭ Sed circuire facientes sunt duo musculi ⁊c.] ℭ In hac parte sexta dicit primo ꝙ musculi circūuertentes coxam sunt duo. Vnus horū nascitur a parte siluestri idest extrinseca ossis femoris: alius a parte domestica idest interiori dicti ossis. Secundo dicit ꝙ cum isti sibi obuiant transuersantur idest accidit istis musculis vt sibi obuient: quia transuersaliter incedunt et efficiuntur carnosi in quadam concauitate existenti circa partes posteriores additamenti maioris capitis coxe: vt repleant illam concauitatem ⁊ os cooperiant. Tertio dicit ꝙ quicunqz istorum solus coxam traxerit: circūuertit eam cum pauca dilatatione. ℭ Attende primo ꝙ hi duo musculi fere similiter describuntur a Galieno decimoquinto de vtilitate particularum capitulo nono dicente. Reliqui vero alij duo musculi sunt mouentium coxam. Vnus quidem ex intrinsecis: alius autem ex extrinsecis partibus ossis pubis explantationem habentes. Circūuoluti autem ambo circa vocatum vertebrum ad idem adinuicem accedunt implantati vni concauitati per tenontes robustos in posterioribus partibus coxe locate ſm ipsam maxime explantationez magni trochantice: hi soli omnium predictorum musculorum: alteruter versus seipsum trahens conuertit ⁊ circūuertit coxam: hec Galienus. Dissonat autem hec descriptio a predicta descriptione principis in hoc ꝙ Galienus p chordam princeps vero per substantiam carnosam musculos hos implantari dicit concauitati existenti prope maius additamentuz capitis coxe quod Galienus appellat magnum trochanticam. ℭ Attende secundo ꝙ quia quisqz musculus communiter trahit partem cui implantatur versus partem: vnde explantatur necessarium est musculos trahentes sursum coxam a superioribus inferius deferri: ⁊ mouentes intus coxam explantari ab intus: ⁊ extra mouentes exterius oriri: ⁊ circunducentes coxe circun-

uolui vel chordas eorum. Juxta illud Galieni ibi. Ad primaz enim explantationem tractis eis necessarium est ꝛ finem simul sibiipsi colū attrahere. Quare necessarium est ex superioribus quidem partibus deferri deorsum euz qui colum sursum trahit. Eorum vero qui ad obliqua mouent ab intus quidem esse explantationem eorum quibus intus ducere est operatio ab extra autem quibus extra. Sed quoniam circūferri ꝛ circūuerti ꝓm aliquos motuū decet coxam circūuoluit in circuitu natura vel oīa corpa huiusmodi musculoꝝ: vel solos tenōtes quicūqꝫ agere debent. Recti.n. musculi simplici motu mouēt cola ad illas partes ꝓm rectā lineaz attrahentes versus quas eorum accedunt capita. Qui vero vl'totis eorum corporibus vel tenōtibus circūuoluunt circa aliquid: circularem magis ꝛ non rectum operantur motum. Ita autem necessarium est ꝛ vltimos predictos duos musculos implantatos magno trochātice qui obliquam ꝛ nō rectam habent ad id quod mouetur allationem simili prope positioni motui presistere.

¶ De anatomia musculorum mouentium iuncturas cruris ꝛ poplitis. Capitulum .xxviij.

e X musculis autē ꝛc.] ¶ In hoc capitulo primo agit princeps de musculis dilatantibus iūcturam poplitis. Secūdo de contrahentibus eā ꝛ crus: ibi [Ex eis vero] a ¶ In prima parte ꝑmo agit de numero situ quantitate ꝛ opere triuz musculoꝝ proprie dilatantium iuncturā poplitis. Scđo exequitur de primo illorū ibi [Unus autez hoꝝ triuz est] Tertio de alijs ambobus simul: ibi [Alioruz vero] Quarto de quodam alio musculo dilatante iūcturam poplitis cuz declinatione ad interius: ibi [Dilatatio vero] Quinto de alio dilatante dictam iūcturam cū declinatione ad exterius: ibi [Et musculum alium]

¶ In prima particula dicit ꝙ de numero musculorum mouentiū iuncturaz poplitis sunt tres musculi collocati in aterioribus partibus coxe. Et isti sunt maiores alijs ī coxa locatis. Et habēt ex proprio officio dilatare iūcturaz poplitis. ¶ Attende ꝙ circa poplitē duplex est iunctura. Una est ossis coxe cum maiori focili tibie. Alia est ossis rotule cum extremitate inferiori coxe ꝛ extremitate superiori dicti focilis. Prima est principalis de cuius musculis hic precipue agitur. Secūda est gratia firmationis ꝛ custodie prime ne dislocetur.

¶ Unus ꝛc.] ¶ In secūda dicit ꝙ vnus istoꝝ triū musculoꝝ est velut duplus ꝛ habet duo capita: quorū vnum incipit ab additamēto maiori capitis coxe: ꝛ aliud incipit ab anteriori parte coxe: hꝫ ēt duas caudas quaꝝ vna est carnosa ꝛ continuat cum patella seu rotula genu priusqꝫ fiat chorda. Et alia est pānicularis ꝛ continuat cum interiori parte duaꝝ extremitatum coxe.

¶ Alioꝝ ꝛc.] ¶ In.3. dixit ꝑ° ꝙ alioꝝ duoꝝ musculoꝝ ex trib° ꝑdictis vn° est ille qui prius noīabatur inter musculos ꝯstringentes coxaz vbi dicebatur. Et q̄tus q a re ꝑparata post os ilij stante oritur: ꝛ ipse ēt crus cōtrahit colligendo coxaz. ¶ Sꝫ instabit aliquis ex quo iste musculus cōtrahit crus non debꝫ hic inter dilatātes numerari. Dic ꝙ pōt esse ꝙ agens solus cōstringat ꝛ cum alio operās cui coniūgit dilatet. Et iste musculus nascit a separante quod est in osse ilij. Et intellige per separans aliquod ossosum additamentuz ab osse ilij explantatū vel neruū illuc profluxū. Scđo dicit ꝙ alter istoꝝ duoꝝ musculorū nascitur ab additamēto siluestri.i. exteriori existente in coxa. Tertio dicit ꝙ isti duo musculi ꝯtinuant adinuicē ꝛ vniunt ꝛ generat ex eis vna chorda que extendit ꝛ circūdat patellam genu ꝛ affirmat eam apte cum eo quod est sub ea. Postea applicatur capiti cruris: ꝛ dilatat poplitem ꝛ extendit tibiaz.

¶ Dilatatio ꝛc.] ¶ In.4. dic ꝙ dilatatio iūcture genu hꝫ vnū musculū aliū a trib° dictis. Et origo eius est ab obuiatiōe.i. ꝑte extrinseca: ꝛ apparēte ossis femoris ꝛ transeūdo descendit in latus coxe intrinsecū ꝓm transuersionez: postea continuatur cū parte venosa supreme partis cruris seu tibie. Et iste musculus dilatat tibiam declinando ad interiora.

¶ Et musculū ꝛc.] ¶ In.5. dic ꝑn. ꝙ iuenit ī qbusdaz libris de anatomia aliū musculū descriptū oppositū: nūc dicto ꝛ collocatū in ꝑte coxe exteriori. Cuius origo est ab osse anche: ꝛ transuersalr tendit ad latus extrinsecū coxe donec ꝑueniat ad locū venosuz. Et non est aliqs musculus magis trāuersus q̄ꝫ iste. Et iste musculus dilatat iūcturaz genu cū declinatione ad exteriora. Et qñ isti duo vltimi musculi simul operant dilatant iuncturaz genu ꝓm rectitudinem.

¶ Attende primo ꝙ nouez sunt musculi in coxa locati gr̄a motus iūcture poplitis quoꝝ actus ostendunt cām sue generationis. Juxta illud Gal'. tertio de vtili. ꝑti.c.16. Cur aūt oēs musculi ꝓm crus facti sunt numero nouem ꝯñter erit dicenduz: docet autez ꝛ hic cām generationis eoruz actus. ¶ Attende.2. ꝙ tres primi musculoꝝ dilatantiuz iuncturā recte ferunt ad genu. Et eorum primus implantatur rōtule. Sed alij duo producūt maximaz chordaz que rotule supextensa stringit eaz ꝛ transiens iūcturam genu implantat anteiorib° ꝑtibus tibie. Juxta illud Gal. ibi. Tres.n. qui sunt ꝓm anteriorez partem cruris maximi musculoꝝ qui ibi ꝓm rectitudinez genu feruntur. Et horum vnus quidem implantatur mole carnosis apprehensionibus. Duo aūt reliqui vnū maximū generant tenontem. Amplificatus autez iste subimplantat toti mole stringens eaz certitudinaliter ꝛ cōtinens cum subiectis. Deinde superascendens articulum implantatur anterioribus partibus tibie supertendens eam si iubeatur ꝛ omnem extendens articulationem que ꝓm genu. ¶ Attende tertio ꝙ hi tres musculi maiores facti sunt ceteris q mouent iuncturam genu: q: actus dignior eis committitur scilicet extēsio firma tibie in gressu ꝛ cursu. Juxta illud Galieni ibi. Hoc itaqꝫ scilicet tres effici magnos qui extendunt tibiaz ꝓm genu impilantes ꝛ supertendentes molam euidenter vtiqꝫ apparet his qui predictorum recolunt inquantuz accedit prouidentie. Totius enim fere motus qui ꝓm genu in his musculis dominatus debebat fieri: tunc enim fortiori simul ꝛ certitudinaliter tenso indigemus toto skelos idest tibia quando in ambulando altius quidem circūfertur alterum totū autem corporis pondus vehitur super id qđ manet ꝛ firmatur in terra. Sed in hoc his qui extendunt ꝓm genu musculis q sunt predicti tres agentibus extensis certitudinaliter indigemus flectere enī eam que ꝓm genu articulationem per posteriores inerat musculos extendi autem per anteriores. Si igitur quando maxime tēso skelos indigemus tunc his tribus musculis solis cōmittimus custodire certitudinaliter rectū ꝛ retro vertere ꝛ adducere ꝛ constringere molam ꝛ ꝑ hāc rectitudo eaꝝ custodit manifestū est qm̄ totus dn̄atus actionis skelos.i. tibie ī his est hec Ga. ¶ Attende.4. ꝙ musculi quartus ꝛ q̄ntus q numerant hic inter dilatantes iūcturaz genu numerant a Gal. inter musculos oblique mouētes tibiam intus ꝛ extra. Ait.n. hos describens.c. nūc allegato. Alij vero duo musculi vnus ex alterutraqꝫ parte ꝑdictoꝝ triuz hic qdem ab extra: ille autez ab intra ad obliquas ꝑtes tibie implantant oblīq motus facti duces alterutri alterutri. Qui.n. est ab extra intus ducit skelos idest tibiaz. Alter aūt extra ducit. Explantationez aūt. Alter qdez ex cōmissione ossiuz pectinis hꝫ. Alter aūt ex summe extrinsecis ꝑtibus yssie.i. pixidis anche: optime.n. sic debebant ad obliquos motus ducere skelos.

b ¶ Ex eis vero ꝛc.]. ¶ In hac ꝑte secūda que est de musculis ꝯhentibus tibiaz primo agit prin. de vno ex eis angusto ꝛ longo. Secūdo de tribus alijs socijs inuicez: ibi [Et tres musculi] Tertio de ꝑuo musculo sepulto in plicatura poplitis: ibi [In iunctura preterea] Quarto narrat opinionē circa partem dupli musculi qui primus est dilatantiuz: ibi [Et quidam]

¶ In.i. ꝑti. dicit ꝑ° ꝙ ex musculis ꝯhentib° crus.i. tibiaz q̄ est a genu vsqꝫ ad ꝑuū pedē est vn° muscul° strict° lōgus nascēs ab osse ilij ꝛ femoris circa seu ꝓpe originē musculi ꝑi dilatātis tibiā egredientis seu orientis a separāte qđ est in medio ilij.i. a quodā ossoso additamēto ex medio ilij erūpente vl'a neruo illic ꝓfluxo. Deinde trāsuersalr penetrat musculus iste strictus ad īteriora duaꝝ extremitatū poplitis ꝛ inde egrediēs tendit ad ꝑtez eminētez q̄ est in loco poplitis venoso ꝛ vnit cuz ea seu ꝯtininuat. Scđo dicit ꝙ iste musculus strictus est quo crus ad īferiora trahit declināđo cū pede ad ꝑtez inguinis. Et credo ꝙ libri sint in hoc passu cōiter corrupti vicio scriptoris vel trāslatoris. Ubi.n. scribit ad inferiora scribi dꝫ ad supiora: q: musculi ꝯhentes tibiaz ipsaz sursuz portāt sicut dilatātes ferūt hāc deorsuz versus pauimētū extēdentes tibiā. Et h̄ appꝫ ꝑ verba hec q̄ subdit ꝑn. declinās cū pede ad ꝑtez inguinis. Nā declinatio cruris seu tibie ad ꝑtez inguinis est ipsius eleuatio nō deꝑssio. Itē appꝫ ex descriptiōe musculi hui° a Gal'.3. de vti. ꝑti.c.16. dicēte. Reliquus vero nouez musculoꝝ mouentiuz articulationē que ꝓm genu strictus ꝛ longus ex osse femoris prodiens suptendit tibiam supra obliquaz ad illam maxime figuram statuens totum skelos.i. tibiam: in qua malaxantes superferimus pedem ad bubonem.i. inguem alterius skelos.i. tibie.

¶ Et tres ꝛc.] ¶ In.2. ꝑti. dicit ꝑmo ꝙ ex musculis ꝯhentibus crus sunt tres alij musculi.s. vnus domestic° alter siluestris ꝛ alter medi° hoꝝ. Et ꝑ domesticū intellige illuz q īplātatus est īteriori ꝑti coxe. Et ꝑ siluestrez īplātatuz exteriori. Et ꝑ mediū illuz q° locat īter hos. Scđo dicit ꝙ domestic° ꝛ medi° ex istis trib° ꝯhunt tibiā declināđo eā ad exteriora. Sꝫ siluestris ꝯhit tibiā declināđo eaz ad interiora. Tertio dicit ꝙ domesticus nascit a basi seu fundamēto ossis anche ꝛ incedit trāsuersalr per posteriora coxe donec veniat ad locū venosuz tibie in ꝑte āteriori ꝛ ibi ꝯtinuat ꝛ color illius ꝑtis declinat ad viriditatē.

maioris. Et quicūqꝫ eoꝝ solus traxerit coxam ad sui partem cum pauca dilatatione torquebit.

¶ De anatomia musculorum mouentiuz iuncturas cruris ꝛ poplitis. Capitulum .xxviij.

e X musculis[a] autem iuncturaz poplitis mouentib° sunt tres in anterioribus coxe positi: qui musculis in ipsamet coxa positi sunt maiores. Et eorum operatio est dilatare. ¶ Unus autem horum trium est sicut duplus duo habens capita: quorum vnum ab additamento incipit maiore: ꝛ alterum ab interiori coxe. Et duo habet extrema: quorum vnum est carnosum: ꝛ cum rasga anteqꝫ chorda fiat continuatur: ꝛ alterum est pannicular cum domestica duarum extremitatum coxe continuatum. ¶ Aliorum vero duorum vnus est ille quem inter coxam constringentes nominauimus scilicet a separante quod est in osse ilij nascens: ꝛ alter ab additamento siluestri quod est in coxa oritur. Et isti quidem duo continuantur ꝛ vniuntur ꝛ generatur ex eis chorda: vna que dilatatur ꝛ circūdat rasgam ꝛ ipsam cum eo quod est sub ea conuenienter affirmat: deinde cum capite cruris continuatur: ꝛ poplitem dilatat ꝛ crus extendit. ¶ Dilatatio vero vnum habet musculum qui ab obuiatione ossis femoris nascitur: ꝛ incedendo descendit in latus coxe domesticum: ꝓm transuersionem: deinde cum parte venosa supreme partis cruris continuatur ꝛ crus declinās ad domosticū dilatat. ¶ Et musculum alium in quibusdaz anatomie libris inueni ei oppositum in parte siluestri qui incipit ab osse anche: ꝛ ꝓm transuersionem in latus siluestre tendit donec ad locum peruenit venosuz. Et neqꝫ est musculus maioris transuersionis isto ꝛ cum declinatione ad siluestrem dilatat: ꝛ cum ambo dilalant est dilatatio recta. ¶ Ex[b] eis vero qui crus contrahuūt est vnus musculus angustus ꝛ longus qui ab osse ilij oritur ꝛ femoris circa originem dilatantis egredientis a separante quod est in medio ilij. Deinde ꝓm transuersionem penetrat ad interiora duaruz extremitatum poplitis: postea egreditur exterius ꝛ vadit ad eminentiā que est in loco poplitis venoso ꝛ cum ea vnitur. Et ipse quidem est quo crus ad inferiora trahitur declinans cum pede ad partē inguinis. ¶ Et tres musculi: domesticus: ꝛ siluestris: ꝛ medius. Sed domesticus ꝛ medius cū declinatione ad siluestrez contrahuunt. Et siluestris contrahit cū declinatione ad domesticum. Et domesticus quidem oritur a base ossis anche deinde transuerse incedit per posteriora coxe donec peruenit ad locum cruris venosum im parte domestica: ꝛ vnitur cū eo: cui° color ad viriditatē trahit

Quarto dicit ꝙ origo alioꝝ duoꝝ musculoꝝ.s.siluestris ⁊ medij est a basi seu fundamento ossis anche sicut priorꝰ:sed incedendo per coxam declinant taliter a domestico vt continuentur cum loco venoso lateris tibie exterioris. ¶Attēde hic primo ꝙ a vena magna descendente de qua tractabit summa quinta doctrine istius vnus ramus descendit q distribuit instrumentis gressus dextro ⁊ sinistro. Et pars huius rami in vtraq̨ tibia duos habet ramulos vnuz in pte interiori tibie vnde nascit sophena. Alterum in parte exteriori vnde nascitur vena sciatica. Et vocat hic prin. locū venosum partem per quam transit alter horuz ramoꝝ. ¶Attende secūdo ꝙ hos tres musculos sic describit Gal.3.de vti.p.i.c.16. In medio aūt eorū.s. duorum vltimoꝝ ex quinq̨ dilatantibus prenoiatis:alie tres sunt musculoꝝ explātationes ꝺm ordinez posite paruis motibus mouētes genu. Flectit.n.genu ⁊ ducit extra tibiam qui est ꝯtinuus ei qui intus. Abducit autē extra simul flectendo sicut inuoluēs eaz q tangit euz qui extra:reliquꝰ vero qui ⁊ oīuz mediꝰ est ad intrinsecū implantatus cruris caput. Flectit quidez totū crus:coeuellit aūt ⁊ totā tibiam imittens eis in his q̄ circa articulationē vsq̨ ad alteꝝ magnoꝝ ossium q̄ ꝺm tibiā vt coattrahat ad ipsam totā tibiam. ¶Attēde tertio ꝙ hi tres musculi sunt oppositi tribus primis dilatātibus situ ⁊ opere ⁊ minores eis. Juxta illud Gal. ibidem. Tribus autē eis.s. dilatantibus existentibus tres opposuit retrorsum neq̨ oēs vnuz generantes tenontē.i.chordā. Est aūt nō eq̄lis dignitas mouentis genu motus dilatando.s.⁊ eius qui flectit. Seu igit̄ opponi debentes soluz eos ⁊ contrarij motus esse duces nā tres quidem fecit silr: non tn̄ nec ipsos silr fortes neq̨ in tenontes.i.chordas similiter illis robustos desinentes. ¶Attende quarto ꝙ laterales musculi de tribus nūc dictis sunt duces motuū lateraliū satis manifeste. Juxta illō.G.ibi. Dedit autē eis q sunt ex alterutra parte medij obliquū quendam motum non paruum.

¶In iuncturis ⁊c.] ¶In tertia dicit ꝙ ex musculis contrahentibus tibiaz ē vnus musculus in iunctura poplitis occultatus ⁊ quasi sepultus in plicatura genu. Et opatio ipsius est eadē cuz opatione medij musculi triuz modo noiatorum. Hūc musculū sic describit Gal.c.nunc allegato. Ultra hos autem oēs est paruus musculus qui ꝺm genu qui flectit genu mirabiliter.

¶Et quidam ⁊c.] ¶In quarta dicit primo ꝙ quorūdaz fuit opinio ꝙ portio eminens seu manifesta musculi dupli dilatantis iuncturā genu orti a separante interduz constringit accidentaliter poplitem. Et intelligit hic musculū primuz inter dilatantes prius nominatum. Secundo dicit ꝙ etiam fuit quorūdam opinio ꝙ a loco originis huius musculi dupli quandoq̨ exit chorda que tenet pixidem anche ⁊ continuatur cū ea ⁊ cuz eo quod sequitur ipsaz. ¶Attende ꝙ omnes musculi specialiter deputati ad motuz tibie vel eorum chorde pertranseunt iuncturam genu ⁊ implantantur capiti grossi focilis:nō omnino prope iuncturam neq̨ multum remote ab ipsa sicut in simijs. Juxta illud Gal.ibi. Descendunt autez omnes ad caput tibie superextendentes articulationez nō paruaz neq̨ hic artem ostendente natura. Sicut enim ⁊ quicunq̨ per aliquos funes lignea ydola mouent vltra articulos ad caput colli debentis moueri applicant eos:ita ⁊ natura multo prius ꝺm vnūquēq̨ articulorum ingeniauit. Hec Galienus. Et paulopost subdit. Peruentus enim eorū ad principium soluz non vtiq̨ esset similiter infallax neq̨ robustus paucis cōprehensionibus ⁊ his ex sumo colo totum os conantium mouere. Si vero ad longius ⁊ circa mediaz tibiam sicut habet in simijs totaliter extendi cola nō vtiq̨ cōcessissent:sz essent vtiq̨ velut colligata ⁊ suspensa ad id quod retro: sicut nunc est in simijs.

Et aliorum duorum etiaz origo est a base ossis anche:sed declinant vt cum loco venoso lateris siluestris continuent. ¶In iūctura preterea poplitis est musculus sicut i flexuositate poplitis sepultus q opationez efficit q̄lis huius medij existit operatio. ¶Et quidaz existimāt ꝙ pars eminens musculi dilatantis dupli a separante est cū poplitem accidentaliter constringit ⁊ est cum ab eius origine egreditur chorda que anche pixidem tenet: ⁊ cum ea ⁊ cum eo quod sequitur ipsam continuatur.

¶De anatomia musculorū pedis iuncturam mouentium. Cap.xxix.

e X musculis autem pedis iuncturam mouentibus sunt quidam qui ipsum ad superiora eleuāt: ⁊ quidam qui ipsum descendere faciunt. ¶Etᵇ eis autem qui ipsuz eleuāt est vnus musculus magnus qui est positus in parte antecedente canne domestice: cuius principiuz est pars siluestris capitis canne domestice. Et ipse quidem cum ad exteriora ingreditur inclinatur super crus ad partez poplitis vadens: ⁊ continuatur cū eo quod radici poplitis est propinquum: ⁊ pedē ad superiora eleuat. Et alter oritur a capite siluestris ex quo nascitur chorda q̄

¶De anatomia musculorum pedis iuncturam mouentiuz. Capi.xxix.

e X musculis autem ⁊c. ¶In hoc capitulo primo diuidit princeps musculos mouentes iuncturam pedis. Secundo exequitur de musculis eleuantibus pedem:ibi [Ex eis autem] Tertio de facientibus descendere pedem:ibi [Facientium vero descendere] Quarto de musculo cuius chorda prebet sensuz plante pedis:ibi [Et iam etiaz]

a ¶In prima parte dicit ꝙ musculorum mouentiuz iuncturam pedis quidaz pedez eleuant: alij ipsuz deprimunt. ¶Sed queret quis nunquid etiam aliqui flectunt ad latera ⁊ aliqui girant. Dic ꝙ sic:sed q: hi motus sufficiēter aguntur per musculos eleuantes ⁊ deprimentes non dedit eis natura proprios musculos ab alijs distinctos.

b ¶Ex eis autem ⁊c.] ¶In hac parte secunda dicit primo ꝙ ex musculis eleuantibus pedem est vnus magnus musculus collocatus in anteriori parte focilis interioris tibie. Et incipit ab exteriori parte capitis superioris istius focilis. Et transiens ad exteriora protenditur super crus donec veniat ad partem pedis in directo pollicis. Et continuatur cum illa parte pedis que propinqua est radici pollitis. Et iste musculus eleuat pedem ad superiora. Secūdo dicit ꝙ alter musculorū eleuantiuz pedez nascitur a capite focilis extrinseci. Et ab eo prodit chorda que continuatur cū parte pedis propinqua radici minimi digiti. Et iste musculus sursum pedem eleuat proprie quando predictus cuz eo concurrit in eleuando ⁊ fuerit iste concursus amboꝝ ꝺm equalitatez ⁊ rectitudinem eleuandi. ¶Attende primo ꝙ sicut rascete manꝰ absq̨ digitis aduenimt quattuor musculorū chorde quibus fiunt eius motꝰ sic pedi sine digitis. Juxta illud Gal. tertio de vtili. parti. capi.9. Adueniūt aūt pedi absq̨ digitis q̄tuor sicut ⁊ carpo. Et oportet illorū que de illo dicta sunt memorantes vt non fiat longus sermo intelligere proportionem eius. Sicut.n. in illo due quidem determinationes musculoꝝ ab intra ꝓcedebant: due autez ab extra: quattuor motibus mouentes carpum: ita ⁊ hic. ¶Attende scdo ꝙ a musculo anterius protenso super arundinē maiorē tibie fortis chorda oritur ⁊ iplantat̄ ꝓpe pedis pollicē. Et ab eo q ꝓtēdit̄ anterius sup arūdinē minorez fortis chorda silr oritur ⁊ implantat̄ prope minimū pedis digitū. Juxta illud Gal. ibi. A musculo qdez q supertensus est tibie ab ante prodiens qdē tenon fortis sufficienter diuisus implātatur partibꝰ pedis que sunt versus magnū. Ab eo aūt q circūtensus est perone his que sūt versus paruum. ¶Attende tertio ꝙ dū tenduntur iste chorde simul sursuz pedem eleuant sicut eis siles in brachio rascetam extendunt. Sed altera eaꝝ tēsa pes oblique mouetur ⁊ lateraliter. Juxta illud Gal. ibi. Et si qdem ambo tendantur oīno eleuant ⁊ simū id concauū faciunt pedez sicut illi q in manu proportionaliter his habent extēdere carpū dicebant. Altero vero agente motꝰ qui ad obliqua consimiliter his qui in carpo fiunt.

cum eo quod est iuxta radicē minimi cōtinuatur: ⁊ pedem ad superiora eleuat ⁊ proprie quando cum eo conuenit primus musculus ⁊ fuerit hoc ꝺm equalitatem ⁊ rectitudinē. ¶Facientiuzᶜ vero descendere est vnuz par cuius origo est a capite coxe quod postea descendit ⁊ cruris ventrem carne replet ex quibꝰ chorda nascitur que ex maioribus existit chordis: ⁊ ipsa quidem est chorda nerui qui cum osse alchachib continuatur: ⁊ ipsuz ad posteriora transuerse ad siluestrem trahit: ⁊ est hec causa fixiōis pedis super terraz. ¶Et ipsum quidez adiuuat musculus qui a capite siluestris oritur cuius color est melōgianus: ⁊ descēdit donec ipsemet absq̨ chorda quā mandet: sz carneus remanens continuatur cum postrema parte achib sub continuitate quam ante diximus. Cūq̨ musculis istis aut ipsoruz chordis nocumētum accidit pes claudicat. ¶Et musculus ex quo due nascuntur chorde quarum vna pedem constringit: ⁊ altera pollicem dilatat. Illud vero est quoniam iste musculus a capite cāne domestice oritur vbi ipsa siluestri obuiat ⁊ descendit inter eas: ⁊ in duas diuiditur chordas: quarum vna est rasceta in anteriori pollicis parte continuatur cum qua ēt chorda pedis existit humilitas.

c ¶Facientiuz ⁊c.] In hac pte.3.pꝰ agit pn. de duobꝰ musculis ꝑncipalibꝰ facietibꝰ descēdere pedē. Scdo de tertio musculo q coadiuuat eos:ibi [Et ipz] Tertio ꝺ alio musculo cuiꝰ vna chorda depmit pedē ⁊ alia dilatat pollicē: ibi [Et musculus] ¶In.i.pti.dicit pº ꝙ ex musculis facietibꝰ descēdere pedem est vnum par scilicet duo musculi. Et istud par oritur ab inferiori capite ossis coxe:deinde descendens replet carne ventrem cruris scilicet partez cruris grossaz posteriorez que dicitur a vulgo sorex tibie. Secūdo dicit ꝙ ex his duobus musculis nascitur corda que est de maioribus chordis totius pedis. Et ista est chorda nerui qui continuatur cuz osse alchachib idest chorda multū neruosa ossi calcanei implantata. Tertio dicit ꝙ hec chorda trahit os calcanei versus posteriora cum transuersione ad exteriorem partez: ⁊ ipsa est cā fixionis pedis supra terram.

¶Et ipsum ⁊c.] ¶In secūda dicit primo ꝙ qdā musculus nascens a superiori capite canne exterioris cuiꝰ color est melongianus adiuuat istud par ad faciendū descēdere pedez. Et intellige per colorem melongianū colorem similem colori melongiarū. Et sunt melongie genus holeris sicut caules quo sepe vtunt̄ hispani ⁊ arabes sed gallici nō. Juxta illud Auerroys quinto colliget.ca.41. Melongie sunt quibus nos facimus in terra nostra multa cibaria delicata postq̄ proiecta est prima aqua suarum decoctionū: ⁊ cum coquunt̄ in carnibus pinguibus sunt multū delectabiles: ⁊ ego reputo ipsum temperatuz cibū postq̄ sic factus erit. Hec Auerroys. Secundo dicit ꝙ iste musculus descendit donec ipsemet continuatur cum postrema parte achib.i. ossis calcanei sub cōtinuitate quā ante diximus absq̨ chorda quā mandet seu mittat illi ossi:sed remanens carneus. Et intellige sic hoc quod dicit sub cōtinuitate quā ante diximus.i.sub loco vbi cōtinuatur chorda musculorum predictoꝝ cū osse calcanei. ¶Attende tamen ꝙ quidam librorū loco huius littere habent istam. Supra continuitatem que est ante eum. Et hec litera est verisimilior: cum enim iste musculus carneus sit ⁊ imprincipalis conuentius est vt superequitet ⁊ quodāmodo vestiat predictam chordam q̄z econuerso: ⁊ ita implantetur calcaneo supersusus chorde. Sed ⁊ fieri potest vt vestiat chordam ⁊ pertransiens eam implantetur bassius ossi calcanei: ⁊ sic saluabitur vtraq̨ littera. Tertio dicit ꝙ quando nocumentū accidit his tribus musculis facientibus descendere pedem vel chordis eorum pes claudicat idest nō bene se firmat supra terram vel pauimentum.

¶Et musculus ⁊c.] ¶In tertia dicit primo ꝙ ex mūsculis facientibus pedem descendere est vnus alius musculus ex quo due chorde exeunt: quarum vna constringit pedem: ⁊ alia dilatat pollicem. Secundo dicit ꝙ illud est scilicet ꝙ vna chordarum illius musculi constringit pedem ⁊ alia dilatat pollicem vel ꝙ iste musculus iuuat ad faciendum descēdere pedem: q: musculus iste nascitur a capite focilis interioris tibie in loco vbi istud focile obuiat focili exteriori: ⁊ inde descendit inter hec duo focilia ⁊ diuiditur in duas chordas. Et vna istarum continuatur in anteriori pollicis sub rasceta pedis: ⁊ per hanc chordam fit humilitas pedis idest depressio vel abassamentum.

Et altera chorda nascens ex parte istius musculi transit originē prime chorde ⁊ musculus iste mittit hanc chordam primo ossi pollicis ⁊ dilatat ipsum pol/licem cum trāsuersione ad partez interiorē. ¶ Attende primo ꝙ Gal. pertra/ctans.4.de vti.pti.c.9.⁊.3.de iuuamen.mem.c.5.musculos ⁊ chordas facien/tes descēdere pedez p̄rio asserit esse duos musculos ꝯtrarios musculis a qbus pes eleuat̄: ⁊ a ꝓfundiori istoꝝ dicit vnaz nasci chordaz que iplantat̄ inferius ante pollicē pedis.

Et altera chorda est que ex parte istius generata musculi prime chorde ꝑtrāsit originē ⁊ primo pollicis ossi chordam mandat: ⁊ ipsuz cuz tranuersione ad domesticuz dilatat. ¶ Et^d iam etiaz a capite coxe siluestri oritur musculus ⁊ cuz vno duorum musculoruz achibaliū cōtinuatur: deinde ab eo separatur cuz occultum cruris pertransit: ex quo oritur chorda que ad inferiora pedis peruenit ⁊ sub eo toto dilatat̄: quemadmodū facit musculus q sup plante occultū dilatatur pp iuuamentuz tale quale est eius.

¶ De anatomia musculorum digitorum pedis. Cap.xxx.

e X musculis ^a vero pedis digitos mouētibꝰ q sunt ꝯstringētes musculi sūt multi. Ex quibꝰ est musculus qui a capite can-

Et ab alio dicit oriri chordaz maiorez q̃ a retro iplantat̄ ossi calcanei: sunt aūt verba eius hec. Quinetiā ex posterioribꝰ ptibus ꝓportionaliter his q in manu: opposuit nā duas musculoꝝ ḡnationes.i.chordas opaturas ꝯrios p̄dictis motus pedis. Quaꝝ minor a musculo q ꝑ profundū fert̄ incipiens ad eaz q̃ est aū magnuz digitū regionē ab inferꝰ. Altera vero q̃ est maior iste manifestus tenon ē q ad calcaneū a retro implantat̄ sufficienter existēs robustus ⁊ maximus. Secūdo dicit ꝙ maiore dicta ruz chordaꝝ egrotāte pes necessario claudicat: quia chorda ista trahens ad se os calcanei sic firmat tibiā ⁊ totū pedem vt qs absq3 casu supra pedē vnū altero eleuato firmꝰ stare possit. Et sunt eius verba hec. Qui .s. tenon maior solus ⁊ si aliqn̄ patiat̄ claudicare necessariuz est pedē. Os.n.qđ situatū est sub tota tibia ſm rectitudinē qđ vtiq3 vocatū est calcaneus maximū ⁊ fortissimuz existens oīuz ossiū q̃ sunt in pedibꝰ tenō iste ad se trahēs firmat ita totū colū vt si in altero pedū stare qn̄q3 volueris eleuās alteꝝ: non vtiq3 cōmoueberis neq3 cades: neq3 si aliqs altoꝝ tenontū patiat̄ ita magnā ⁊ eqpollētez oibꝰ alijs hz virtutez. Tertio dicit ꝙ merito fuit hec chorda maior alijs ⁊ magne virtutis: qꝛ implantat̄ primo ⁊ p̄ncipalissimo organo fundamēti corꝑis.s.ossi calcanei ⁊ alligat ei tibiā ⁊ se hz ꝓportionalr̄ ad chordā que manui abintra iplantat̄ apud ꝑuuz digitū ⁊ cū h̄ sortit̄ aliqđ dignitatis ab osse calcanei qđ totū corpꝰ portat ⁊ nō hz in manu sibi sil̄e os. Sūt aūt eiꝰ v̄ba hec. Qualr̄ aūt nō debebat talis esse dictꝰ tenō.s.cuz iplantet̄ ad primū ⁊ p̄ncipalissimū organuz basisꝰ scz calcaneū ⁊ copulet id solus tibie vsq3 ad positionē: itaq3 ⁊ actuz cui cōmissus est ꝑ totū ꝓportionalr̄ hz tenōti q implantat̄ abintra apud ꝑuuz digitū manꝰ. Quid vero deinde p̄cipuū qdez ad dignitatē vtilitatis sibi ab osse calcanei acq̄siuit: nullā ꝓportionalē in manu ꝑticulā hn̄tis sicut ⁊ ante dictū est ⁊ solius corpus totū vehētis. ¶ Attēde.2.ꝙ huic chorde pp eius dignitatē plura principia facta sunt ita ꝙ a pluribꝰ orit̄ musculis. Sz a quot est dubiū. Princeps eniz innuit hic ꝙ a duobꝰ duz dicit. Ex qbus chorda nascit̄ q̃ ex maioribꝰ existit chordis. Gal. vero sibimet sup h̄ dissonās vr̄. Ait.n.tertio de vti.pti.ca.9. Hec igit̄ nā sciēs duplex p̄ncipiū ḡnationis eius fecit. Deinde subdit. Quare ⁊ admirari te puto de arte eiꝰ si attēderis mēte eis q̃ in anatomijs appent ⁊ videris extēdentē qdez digitos vnū musculū multis famulantē ꝑticulis: silr̄ aūt ⁊ altoꝝ singulū eoꝝ q ſm pedez ⁊ tibiā totaz ad plures desinētez tenōtes. Aut si ꝑuus oīno fuerit ad vnū sicut illi q sunt in manibꝰ: soluz aūt hūc ex tribus magnis musculis q ad calcaneū in idez aduenīunt ꝓdeuntē: vt si aliqn̄ vnus ex eis aut duo patiant̄ reliq aut reliquꝰ famulent̄. Ex qbus verbis manifeste innuit ꝙ isti chorde sunt tria p̄ncipia. Et statim post subiungit sermonē huic dissonū dicēs. In multis qdez ⁊ alijs ꝑtibus corꝑis nā ostēdit huius ꝓuidenciam vbi motꝰ est multū ꝑtinens ad aīal: multa eius principia operās: sicut ⁊ hic ex duobus magnis musculis q in posterioribus tibie sunt locati: explantans tenōtez q ad calcaneū ꝑuenit. Ad tollēdū hanc dissonantiam q̃ prima facie apparet in verbis Galieni: dic ꝙ dicta chorda principalr̄ oritur a duobus primis musculis deprimentibus pedem: adiungit̄ aūt his tertius musculus ⁊ istud exprimit hec lr̄a eius tertio de iuuamētis.c.5. Et inuenies istam solam chordam descendentē ad alrib.i.calcaneū oriri ex duobus musculis magnis ad q̃s est adiūctus tertius musculus magnus: vt qn̄ vni istoꝝ musculoꝝ aut silr̄ duobus acciderit occasio remaneant duo aut vnus solus. ¶ Attēde.3.ꝙ.G. illic improperat medicis q antecesserunt eum. Primo in hoc ꝙ crediderunt tres musculos qui ꝯstituunt ventrez tibie posterius implantari calcaneo. Secundo in hoc ꝙ non cognouerūt musculuz q calcaneo implantat̄ permanēs carneus. Tertio in hoc ꝙ non cognouerunt duos musculos qui nascentes a capitibus duoꝝ fociluz tibie desinunt in fortem chordaz descendentes ad calcaneuz: ⁊ sunt verba eius hec. Estimant aūt qui ante me anatomici gastrocimiaz opantes tres musculos ad calcaneum immittere. Non aūt hz ita veritas. Tenontis.n.vnius ipsoꝝ non parua pars superascendens calcaneū supplantatur toti pedi inferius: quaz melius fortassis est non partez ponere tertij musculi sed ipsum ſm seipsum seorsuz quartuz musculum. Neq3.n.hoc.s. qm̄ eoꝝ qui vere implantant̄ calcaneo musculoꝝ qui quidem ex osse perone prodit altior īmittit carneus permanens: qui vero a cruris capitibus in robustum tenōtez desinentes consequenter predicto descendūt ad summū calcaneum cognitū est ab anterioribus. ¶ Attende quarto ꝙ natura nō produxit musculos obliquos aliquos alligantes in crure cānam minorez maiori sicut in brachio fecit: quia non est opus tāta circūuolutione in tibijs vt in brachijs. Juxta illud Gal.tertio de vti.pti.c.8. Nulluz musculuz obliquū ex tibia produxit ad peronam.i.cannam minorem consimiliter his q in manu copulant brachiuz kerchidi.i.focili minori. In manu enim qm̄ non solum extendere ⁊ flectere totum collum: sed etiaz circūducere versus alterutras partes melius fuit demonstratum est ante. In tibia vero intentionem habētes constructionis non multiformitatez apprehensionis: sed basis firmationem non solū nihil plus debebat ex huius motibus esse sed etiam deperire quidam infallacie.i.minui aliquid ad infallaciam debite firmationis.

ne siluestris oritur ⁊ extensus super ipsam descendit ⁊ chordam vnam transmittit que in duas diuiditur chordas que medium constringunt ⁊ medicum. Et alter isto minor: cuius ortus est a postremo cruris: cuius chorda cum ipsaz transmittit in duas diuiditur chordas que indicem constringunt ⁊ minimum. Et diuiditur ab vnaquaq3 duarum partium chorda que cum eo quod ab alio diuiditur continuatur: ⁊ fiunt chorda vna que ad pollicem peruenit ⁊ ipsum constringit. Et tertia chorda quam iam nominauimus a siluestri duarum extremitatum que in canna existunt domestica oritur: ⁊ inter duas descendit cannas ⁊ ex se partem transmittit ad pedem constringendum ⁊ partem ad primum os pollicis. Et horum quidem musculorum digitos

d ¶ Etiam ēt ⁊c.] ¶ In hac pte q̄rta que est de musculo cuius chorda p̄bet sensum plāte pedis dicit primo prin.ꝙ iam ēt inter musculos in tibia locatos est vnus musculus nascens ab extrinseco capite coxe inferiori: ⁊ cōtinuat̄ cuz vno duoꝝ musculoꝝ achibaluz.i.achib seu calcaneo implantatoꝝ: deinde separatur ab illo postq3 ꝑtransiuit occultū cruris.i.ventrem cruris posteriorez sub genu qui dr̄ a vulgo sorex. Secūdo dicit ꝙ ex isto musculo nascit̄ chorda que veniens ad inferiora pedis illic diffundit̄ sicut ꝑuenit musculus vel chorda eius ad iteriora palme ⁊ dilatat̄ sup partes eius occultas. Tertio dicit ꝙ iuuamentū istius musculi ⁊ chorde eius est tale quale est iuuamentū sibi sil̄is in manu: vz dare sensum plāte pedis ⁊ ꝓhibere pilos illic oriri ⁊ firmare carnez eius ac fortificare ad resistenduz extrinsecis occurrentibus. ¶ Attende p̄mo ꝙ Gal. nō attribuit vni soli proprio musculo generationem chorde q̃ subtēsa plante pedis prebet ei sensuz: sed dicit hanc chordā eē portionē chorde maxie que ex tribus musculis orta peruenit ad calcaneuz. Ait.n. tertio de vti. parti. ca.11. Qꝛ.n.oportebat sensu participare cutiz pedis debentē multotiēs peditare dura aliq̃ ⁊ acuta a qbꝰ pressa multotiens ⁊ vulnerata corrūperet̄ multiformiter nisi faciliter ea sentiens memorari faceret aīal fugere ppea tenontis qdem qui ad calcaneū ꝑuenit quez ex tribus musculis dicebamus generari suꝑficialis portio ad id quod sub pede est supgradiens. implantat̄ cuti intus que ē ſz vestigiū.i.plantaz. Attende.2.ꝙ nō solū plante tribuit̄ sensus a dicta chorda sz ēt a duobus musculis q ibi sunt ⁊ a ꝑuis ramis neruoꝝ q veniūt illuc a nucha. Juxta illud.G.ibi. Profundo aūt pedis quod est sub cuti ſm qđ ⁊ duo ꝑui musculi sunt gerēmones.i.ramuli distribuuntur parui neruoꝝ q a dorsali.i.nucha. ¶ Attēde tertio ꝙ multomaiores rami neruoꝝ distribuunt̄ palme manus q3 plante pedis. Juxta illud Gal.ibi. His autē multo maiores sunt illi q sūme.i.parue manus plusq3 pes indigentis certitudinalr̄ sensu seu nō apphensionis solius: sz ēt tactus organo facte. Pes autem qꝛ neq3 ei cōe debebat esse organū tactus totiꝰ corꝑis sed solius ambulationis q3to ad nō patiendū prōpte egebat sensuz tm̄ acq̄siuit. ¶ Attende quarto ꝙ cutis inferior pedis connexa est fortiter subiectis sibi ꝑticulis ⁊ germen dicte chorde ꝑ ipsaz totaz est disseminatū vt nō faciliter labat̄ hincide ⁊ vt sensu aliquo participet ⁊ mediocritatē habeat in mollicie ⁊ duricie. Juxta illud.G.c.12.libri tertij de vti.pti. Pedis aūt cutis cōnexa qdez certitudinalr̄ facta ē subiectis oībus ꝑticulis vt nusq3 circūuertat̄ faciliter germen aūt ad totā ipsaz disseminatū ē tenōtis q ſz calcaneū vt nō circūuertat̄ faciliter ⁊ vt sufficientē sensuz trāssumat. Hz aūt cōmoderate inter molliciem ⁊ duriciē abscedēs ab vtroq3 excessu inquātū oportebat neq3 valde passibilē neq3 valde dissensibilē fieri. Nā sūme duꝝ ꝓpe insensibiliatē venire necessariū est sic sunt soleares ⁊ chile.i.vngule sil̄e: sūme vero molle inq3tuz bona sensibilitate intātū ⁊ facili/passibilitate ꝑticipare est. Ut igit̄ neq3 insensibilis sit neq3 prōpte passibilis: excessus vtriusq3 nā euitauit: ⁊ mediā creauit eā inter mollem ⁊ duram.

¶ De anatomia musculorum digitorum pedis. Capi.xxx.

e X musculis ⁊c. ¶ In hoc.c.1.agit p̄n.de musculis ꝯstringētibꝰ digitos pedis locatis in tibia. Secundo de ꝯstringentibus locatis in pede: ibi [Illi vero quorum] Tertio de mouētibus eos ad latera ibi [Et ex musculis] Quarto summat omnes musculos corporis: ibi [Omnes igitur]

a ¶ In prima parte que est textus presens dicit primo ꝙ multi sunt musculi ꝯstringentes ex musculis mouētibus digitos pedis. Secundo dicit ꝙ ex musculis cōstringentibus digitos pedis est vnus musculus ortus a capite focilis exterioris q sup hoc extēsus descēdit ⁊ emittit chordā diuisaz in duas q̃ constringunt digitos pedis mediū ⁊ medicū. Tertio dicit ꝙ alter musculoꝝ constringentiū digitos pedis est minor p̄dicto ⁊ nascit̄ a posteriori ꝑte cruris. Et emittit chordā que diuidit̄ in duas. Et iste cōstringunt indicē ⁊ minimum. Et ab vnaquaq3 istaꝝ duaꝝ chordaꝝ descindit̄ vna ps q̃ coniuncta ꝑti descise ab altera simul facit vnā chordā ꝑuenientē ad pollicē ⁊ ꝯstringentez ip̄z. Quarto dicit ꝙ tertia res mouēs pedis digitos ꝯstringendo est chorda p̄noīata nascēs ab exteriori duaꝝ extremitatū focilis interioris ⁊ descēdens inter duo focilia ac transmitens vnaz sui ꝑtez ad pedez cōstringendū ⁊ aliā ad primū os pollicis. Et ista est chorda de qua agebat̄ in tertia ꝑticula tertie partis prioris capituli vbi dicebat̄. Et musculus ex quo duo nascunt̄ chorde quaꝝ vna pedem constringit ⁊ altera pollicē dilatat ⁊c. Quinto dicit ꝙ situatio duoꝝ musculorū predictoꝝ ꝯstringentiuz digitos pedis est super tibiā ⁊ posterius. ¶ Attende primo ꝙ sicut digiti manuuz mouent̄ quattuor motibus: sic ⁊ digiti pedum.s.flexione: extensione: ductione ad intus: ⁊ ductione ad extra. Juxta illđ Ga.3.de vti.pti.c.8. Deinde ostēdamus qm̄ in pedibꝰ rōnabilr̄ qdē.4.motus in vnoquoq3 digitoꝝ sunt a maximis qdez tenōtibꝰ.i.chordis flecti potentiuz a minimis aūt intus verti inter vtrosq3 aūt est magnitudo his qui extēdunt ⁊ extra circūducūt. ¶ Attēde.2.ꝙ digiti ⁊ chorde pedū sunt minores digitis ⁊ chordis manuū: qꝛ manus existens organū apprehēsiuū pluribus ⁊ fortioribus aptat̄ motibus. Juxta illud Gal.ibi. Quanto enim pes summa manu est maior totus tota: tanto digiti digitis ⁊ tenontes tenōtibus sunt minores: manus enim precipuitas actus in digitis est apprehensiuis factis organis: pedibus āt non ad apprehensionem totaliter sed ad firmationem infallacem constructis: ⁊ debentibus supra se vehere animal ⁊ debentibus multo maiores fieri ꝑuos hr̄e digitos meliꝰ fuit q̄re ⁊ tenōtes eoꝝ multo minores tenōtibꝰ q in manibus melius fuit fieri inquantū minora organa ⁊ ad pauciores ⁊ minores

⁊ imbecilliores

τ imbecilliores actus preparata debebāt mouere. ❡Attende.3.q non sil'r ex plantant chorde mouentes digitos pedis a tibia: sicut mouētes digitos ma/nus a brachio: qꝛ oportuit manuz esse puaz τ leuez non oneratā carnibus pe/des autem non sic. Juxta illud Ga.ibi Non ergo fuit necessariū.4.sedes tenō tuz mouentiuz digitos a musculis qui in tibia generare: sicut in manu ab his qui in brachio: sed duas solas scilicet eam que extensionem eorum operatur τ eam que flexionem pri/mi τ tertij eorum qui int' articulorum scilicet.

mouentiū quos nominauimus situs est sup crus τ posterius. ❡Illi[b] vero quorum situs est super plantam pedis decē sunt musculi: τ in hoc quidem anatomici decepti fuerunt: sed primus qui illud sciuit fuit Gal'. ipsi vero cum quinqꝫ cō tinuantur digitis cum vnoquoqꝫ duo lacerti a dextra τ a sinistra τ mouēt vt cō stringant ſm rectitudinem si simul mouerint τ vt declinent si vnus mouerit. Et ex eis quidez sunt quattuor super rascetam: quorum vnus vnicuiqꝫ digito d' legatus est. Et duo qui proprie sunt ad constringendum pollicem τ minimum. Et isti quidem musculi adeo sunt permixti vt cum vni eorum accidit nocumentum prouenit inde vt reliquorum operatio debilitetur in eo quod eoꝝ est proprium τ vt vicez istius aliquo modo gerant in eo quod huic est proprium. Et hac de causa difficile est vnum digitorū pedis proprie absqꝫ alijs constringere. ❡Et[c] ex musculis quidem pedis sunt quiqꝫ supra pedē positi qui ad siluestre declinare solent. Et quinqꝫ sub eis positi quorum vnusquisqꝫ digitum ad illud quod ipsum sequitur trahit a parte domestica τ ipsum cum motu ad partez eleuat domesticam. Et isti quidqꝫ sunt cum duobus qui pollici τ minimo sunt proprij ſm similitudinem septem q sunt in planta manus τ similiter decez primi. ❡Omnes[d] igitur corporis musculi sunt quingenti vigintinouem.

b ❡Illi vero quoꝝ τc.] ❡In hac parte secunda que est de musculis con/stringentibus digitos pe/dum situatis in pño pede dicit primo prin.q decem sunt ex his musculis situati sup plantaz pedis in qb' oēs anatomici veteres de/cepti fuerunt ignorantes eos dempto Gal'. qui pri/mus oīum eos cognouit. Et hi decez musculi appli cant' qnqꝫ digitis pedis vꝫ cuiqꝫ digito duo: vn' a de/xtra parte alter a sinistra. Et qñ ambo simul moue/rint recte suū ꝯstringūt di gitū. Et si mouerit vn' ex his solus declinat digituz versus latus eius. Scdo dicit q ex musculis in pe/de locatis sunt alij quattuor locati sup rascetaz: τ de istis musculis cuiqꝫ pedis digito preter pollicē transmittit' vnus τ flectit ipsius iuncturā scdaz. Tertio dicit q ex musculis in pede locatis ad ꝯstringēdū digitos ipsius sunt alij duo musculi qui proprie ꝯstringūt pollicez τ minimū digitū eius. Quarto dicit q musculi q sunt in pede sūt tal'r inuicez ꝑmixti q vno ipsoꝝ leso alij cōpaciunt' τ supplēt ipsius vices ī officio sibi ꝓprio. Et iō difficile est vnū digitoꝝ pedis absqꝫ alio ꝯstringere. ❡Attēde primo q.10.musculi pedis quos veteres pretermiserūt τ a Gal. diu fuerunt ignorati iūcturaz primaz digitorum pedis flectūt in pede sicut in manu. Juxta illud Gal.3.de vtili.pti.c.8. Musculi autez valde parui q pretermissi sunt ab anatomicis sicut τ a me vsqꝫ ad multū pri/muz articulū vniuscuiusqꝫ digiti flectūt sil'r in manibus τ in pedibus. ❡Attē de.2.q tres modi musculoꝝ sunt in pede collocati. Naz ſm pectē pedis col/locant' illi qui mouent digitos ad latus intus. Et ſm reliquā partem vsqꝫ ad calcaneū sunt locati musculi qui iuncturā secundam vniuscuiusqꝫ digitoꝝ flectunt. Et in superioribus partibus pedis sunt locati musculi q digitos pedū mouent lateral'r ad extra. Et de his tribus generibus musculoꝝ soluz primuz genus locat' in manu.s.qd mouet digitos ad latus intus. Juxta illud.G.c.dcō In pede vero seu ꝓlongo exñte in loco qui est ſm planiciū.i.pectē musculos duces oblīq intus motus apposuit. In reliq vero pte ei' tota q est vsqꝫ ad calcaneuz eos q ſm articulū vniuscuiusqꝫ.4.digitoꝝ flectunt. Jta aūt τ ex supio/ribus ptibus pedis apposuit alios debētes duces esse motōnis que extra. Jn manu vero qꝛ maiores oportebat esse proportionales his musculos τ ipsa ps membri erat minor impoſſe fuit hec duo gña apponere musculoꝝ: sed id quod p' dictū est solū. Ex dictis appꝫ q pes a tibia duos mot' recipit.s. extēsionez τ flexionez prime τ tertie iuncturaꝝ digitoꝝ pedis: τ tres motus recipit a musculis q in eo sunt.s.obliquū motuz digitoꝝ pedis intus motuz flexionis iuncture scde cuiuslibet digitoꝝ τ motū obliquū ditigitoꝝ pedis extra. Juxta illud Gal.ibi. Jn pedibus aūt desup quidez ex tibia duo descendūt: ab inferi' aūt ex ipsis pedibus tres ꝓdeunt. Et cā dicta est qꝛ.n.paruis indigebat tenō/tibus ppea τ musculis: τ qꝛ in ipsis pedib' erat locus vacās propterea ibi locati sunt. ❡Attende.3.q chorde in pedibus sunt magis innexe τ simul permixte qꝫ in manibus: qꝛ distinctio multiplex τ magna actuū varietas est magis necessaria manibus qꝫ pedibus τ p intricationem chordaꝝ in pedibus fit quasi duplex principiū motuū eius vt si vnū ledat' reliquū seruiat. Juxta illd Ga.ibi. Sed tñ τ hec dissimil'r hꝫ tenontū distributio ſꝫ pedes τ manus: qm̄ tenontū qui in manibus primū τ tert'iuz articulū vniuscuiusqꝫ digitoꝝ flectūt nullus alteri ab altero musculo incipiēs ꝑmiscet'. Qui vero in pedibus sunt proportional'r eis nō incipiūt ab vno musculo. Sꝫ sicut nerui q explantantur ad totas manus a dorsali.i.nucha q ſm colluz implicant' τ permiscent' adin/uicem ita aliqual'r hꝫ τ que ad tibias explantatio neruoꝝ ab ea q ſm lumbū dorsali. Et vniuscuiusqꝫ ita motorum τ organoꝝ fit velut principiuz aliquod duplex ad hoc q si alteruz aliquando patiatur reliquuz famuletur eis.

c ❡Et ex musculis τc.] ❡In hac pte.3.q est de musculis mouentibus digitos pedis ad latera dicit primo prin.q ex musculis situatis i pede sunt.5. musculi supra pedez positi q declinant digitos pedū versus exteriora. Scdo dicit q sub qnqꝫ nunc dictis musculis sunt alij qnqꝫ locati: quoꝝ qlibet trahit digitū ad illud qd sequit' ipsuz digitū ab interiori parte seu versus interiora τ eleuat ipsuz digitū cū hoc q mouet euz ad partē interiorez. Et intellige hic digitos pedū moueri ad ptez interiorez siue domesticaz cū mouent' versus pollicē τ ad exteriorez seu siluestrez ptez moueri duz mouent' versus minimū. Sꝫ minimus τ pollex dicunt' moueri ad ptez domesticā qñ accedūt ad alios: τ ad siluestrez duz ab alijs recedūt. Tertio dicit q isti.5.musculi vltimi cū duob' prenoīatis in pte scda q sunt proprij pollici τ minimo sunt ſm silitudinez septem musculoꝝ qui sunt in palma manus τ assimilant' illis in tribus.s.in situ ope τ numero. Et sil'r decez primi musculi pedis flectentes primā iūcturaz digitorū eius sunt ſm silitudinez decez taliuz musculoꝝ q sunt in palma manus. ❡Attende hic primo q libri cōiter sunt in hoc passu incorrecti hñtes in plāta pe/dis vbi scribi dꝫ in plāta manus. ❡Attende scdo q in pte posteriori tibie sūt sex musculi.s.tres mouentes calcaneū τ prohibentes oriri pilos in planta pedis τ tres alij sub illis flectentes digitos pedū. Juxta illud Gal.3. de vti.pti. ca.9. Si.n.tres calcaneū mouent τ in pilosam partez pedis operant': sub eis aūt alij tres digitos flectūt τ proportionalē operant' in pede motū ei quem in manu tenontē q ante magnū digitū descendens implātat' ostendimus habe/re rōnabil'r oēs q sunt in posteriori pte tibie sex existunt ſꝫ rectitudinē pticule quā mouere debebat vnusqsqꝫ iacens. ❡Attende.3.q musculi posterius in tibia locati numerant' a quibusdaz anatomicis nō sex ſꝫ qnqꝫ tm̄: eo q composuerunt putant duos vltimos ꝓ vno qꝛ coniūcti sunt. Juxta illud Gal.ibi. Possunt autem hi sex musculi nō sex sed qnqꝫ estimari sicut visum est anatomicis qui añ nos: vltimos duos musculos vnū ponentibus eo q coniuncti sunt ſm plurimuz. Attende.4.q in anteriori pte tibie sunt tres musculi locati q possunt sex vel septē ꝓprie noīari: qꝛ duo ex ipsis sunt tripli ppea q vterqꝫ eoꝝ desinit in tres caudas. Juxta illud Gal.ibi. Quinetiam τ anteriores tibie noti fuerunt eis tres esse pp candē cām qm̄uis sex vel septem meli/us dicerentur. Jgitur qui qdem extendit.4. digitos vnus eis vr' esse sicut τ est vnus. Ex alterutra vo pte ei' rursus est vn' alius ad tria capita tenōtū desinēs: p que sigs eis cū vtilitati/bus eoꝝ attēdat mente sex aut.7. ponet oēs: sicut in anatomicis tractationib' ostēdit'. ❡Attēde.5.q ex his tribus musculis q pñt dici septez vnus est in me/dio q digitos pedis extendit τ ē minor eoꝝ. Alij duo sunt iuxta euz vnus a dex/tris: alter a sinistris. Et vn' horum peruenit vsqꝫ ad regionē ī directo pollicis: alter vsqꝫ ad regionē ī directo minimi. Juxta illd G. ibi. Duo igit' sūt q pdci sꝫ ad pedē ꝑueniētes. Hic qdez ad eā q super magnū ille aūt ad eā que supra paruū digitū regionē ei': reliquus vero τ tertius est qui medius amboꝝ iacet q digitos extendit: est autē minor hic seu minora mouens organa: τ per mediū tibie ſm rectitudinez digitorū venit: hos enim debebat mouere. Ex dictis apparet q in tibia collocati sunt tredecim musculi qui sunt velut capita tredecim chordaruz ad motum pedis ordinataꝝ. Juxta illud Ga.ibi. Secundum tibiam autez.13.capita sunt tenontum idest chordarū a retro quidem sex: ab ante autem septem: τ mo/uent pedem ſm omnes conuenientes ei motus. Secundo apparet q in vnoquoqꝫ pede sunt locati musculi.26.scilicet decem qui flectunt primam iuncturam digitorum pedis: quattuor super rascetam: duo proprij ad constringen/dum policem τ minimum: quinqꝫ inclinantes digitos ad partem siluestrem. τ quinqꝫ inclinantes eos ad partem domesticam.

d ❡Omnes igitur τc.] ❡Ut appareat euidentius numeratio musculoruz primo narrabo in tabula numerationez eorum ſm rasim.

❡Sequitur tabula numerationis musculoꝝ ſm Rasim pmo Almāsor.

Jn facie	xlv.	Mouentes dorsum	xlviij
Mouētes caput τ collū	xxiij.	Super ventrem	viij.
Mouētes linguam	ix	Testiculorum	iiij.
Mouētes gulā τ epiglotū	xxxij.	Uirge	iiij.
Mouentes spatulas	xiiij.	Colli vesice	i.
Mouentes adiutoria	xxvi.	Ani	iiij.
Sup adiutoriū locati	viij.	Mouētes coxas	xxvi.
Sup brachiū locati	xxxiiij.	Mouentes crura	xx.
Jn ambabus manibus	xxxvi.	Mouētes pedes q sūt ī crurib'.28.	
Mouentes pectus	cvij.	Mouētes pedes q sūt ī pedib' .22.	

❡Summa omnium quadringenti nonagintanouem.

❡Ex hac tabula appꝫ q Rasis omisit in sua numeratiōe musculos triginta. Nam musculi sunt ī toto corpe qngēti vigintinouē: vt ipsemet fatet' pmo Al/mansoris.c.de musculis dicēs. Musculi aūt qui in toto reperiunt' corpore cū a Gal. numerati fuerint τ diuisi quingenti τ vigintinouez inueniuntur.

❡Tabula numerationis musculoꝝ ſm Auicēnaz in hac sūma secunda.

Frontis	i.	Mouentes adiutoriuz	xxxij.
Oculorum	xiiij.	Mouentes brachium	xvi.
Palpebrarum	vi.	Mouentes rascetam	xij.
Maxillarum	ij.	Mouentes digitos	lij.
Labiorum	iiij.	Mouentes dorsum	l.
Extremitatis nasi	ij.	Uentris	viij.
Mandibule inferioris	viij.	Testiculorum	iiij.
Mouentes caput	xxiiij.	Oris vesice	i.
Epigloti	xviij.	Ueretri	iiij.
Gutturis	iiij.	Ani	iiij.
Ossis laude	vi.	Mouentes coxas	xxviij.
Lingue	ix.	Mouentes genua	xviij.
Colli	iiij.	Mouētes iūcturas pedū	xiiij.
Pectoris	cvij.	Mouentes digitos pedū	lx.

❡Summa omnium quingenti duodecim.

❡Ex hac tabula vides q princeps omisit musculos.17.quos si vis recupe/ra ex musculis qui duplantur aut triplantur ſm capita sua vel panniculos ligamentales quos pro vno computauimus pro tot eos numerando quot ca/pita gerunt vel panniculos habent.

2 ❡Et primo numera duos musculos q sunt retro oculos sustinentes duos neruos opticos pro quattuor sic lucraberis duos.

1 ❡Secundo numera vnum musculorum caput ad inferiora curuantiū pro duobus quia duo gerit capita τ lucraberis vnum.

2 ❡Tertio numera par musculorū pectoris quoruz vterqꝫ duplatur pro quattuor τ lucraberis duos.

2 ❡Quarto numera musculum duplicem magnum mouentez adiutoriū in vnoquoqꝫ brachio pro duobus τ lucraberis duos.

2 ❡Quinto numera musculum alterum adiutorij duo gerentem capita pro duobus in vtroqꝫ brachio τ lucraberis duos.

2 ❡Sexto numera musculū mouentem brachium gerentem duo carno/sa capita in vtroqꝫ brachio pro duobus τ lucraberis duos.

4 ¶ Septimo numera musculū cooperientem ancham tria habentē capita in vtraq; ancha pro tribus ⁊ lucraberis quattuor.
2 ¶ Octauo numera musculū mouētem iuncturā poplitis duplū duo gerentem capita pro duobus in vtraq; tibia ⁊ lucraberis duos.
¶ Si musculos istos quos sic lucratus es in sūmā recollegeris iuenies.17. Quos si addideris cum q̄ngētis ⁊.12.p̄renoīatis erunt in toto quingenti.29.

¶ Attēde ꝙ Auer. fere totum qđ dicit de anatomia membroꝝ extraxit a p̄mo libro Alman. Et numerās musculos scđo colliget .c. de iuuamen. membro. voluntarij motus imitaꝛ rasim in oībus nisi ꝙ musculos mouentes gulā ⁊ epiglotū dicit esse.22.⁊ Ras. 32. Et mouentes caput ⁊ collū diē eē.24.⁊ Ras.13. Et forte ꝙ hec dr̄ia magis venit vicio scriptoris q̄z d mente Auer.

¶ Tabula numerationis musculoꝝ ſm Auer. scđo colliget capi.38.

In facie	xlv.
Mouentes caput ⁊ collum	xxiiij.
Mouētes liguā	ix.
Mouentes gulam ⁊ epiglotum	xxij.
Mouētes spatulas	xiiij.
Mouētes adiutoria	xxvi.
Positi sup cubitū	viij.
Super brachium locati	xxxiiij.
Positi ī manibꝰ	xxxvi.
Pectoris	cvij.
Mouētes spōdiles	xlviij.
Sup ventrem	viij.
Testiculorum	iiij.
Veretri	iiij.
Colli vesice	i.
Ani	iiij.
Mouentes coxas ⁊ crura	xlvi.
Mouētes pedes qui sunt in cruribus	xxviij.
Mouentes pedes qui sunt in pedibus	xxij.

¶ Summa omnium quadringenti nonaginta: ex quo apparet ꝙ Auer. omisit in numeratione sua musculos trigintanouem.
¶ Finis summe secunde doctrine quinte fen prime primi.

¶ Summa tertia doctrine quinte est de neruis.

¶ Capitulum primū summe tertie doctrine quinte est sermo vl'is de neruis.

Iuuamentorum[a] neruoꝝ alia sunt que sunt ſm essentiā: alia sunt que sunt ꝑ accidens. Quod vero est ſm essentiam est ꝙ cerebrum eis mediantibus oībus alijs membris iuuamentum prestat dando eis sensum ⁊ motum. Sꝫ quod est per accidens est ad hoc vt caro corroboretur ⁊ corpus fortius fiat. Et ex eis etiā est percipere id quod ex nocumentis mēbris accidit sensu carentibus sicut epar ⁊ splen ⁊ pulmo: lꝫ enim membra ista sensū nō habeāt super ea tamen cinctoriū positū est neruosū: ⁊ pāniculo tecta sunt neruoso que cū apostemate aut vētositate tensa fuerint perueniet apostematis grauedo aut ventositatis partitio ad cinctoriū ⁊ ipsius radicem: ⁊ accidet ei ex grauedine attritio: ⁊ ex ventositate extensio ⁊ sentiet ipsam. ¶ Et[b] neruorum quidem principium ſm modum scitum est cerebrū. Et illud ad quod ipsorum perueniunt extrema est superficies cutis. Cum cute villi miscenꝛ minuti ⁊ in ipsa nerui partiuntur qui ei a membris que ei vicināntur adueniunt. Qđ vero cerebrum neruorum principiū existit duobus est modis: quoniam quorundā eorū est principium ſm sui essentiam: ⁊ aliorum est principium mediante nucha que currit ex eo. ¶ Et[c] ex neruis quidem qui ex cerebro egrediunꝛ non iuuantur membra in sentiendo ⁊ mouendo nisi capitis ⁊ faciei membra ⁊ viscerum interiorū. Alia vero membra hec iuuamenta nō h̄nt nisi a neruis nuche. ¶ Et[d] Galienus quidē iam ostendit nobis sollicitudinem magnā que neruis a cerebro ad viscera descendentibus est propria. Creator enim de eorum munitione sollicitus aliter ipsos muniuit q̄z alios neruos: ⁊ illud est quoniam propterea ꝙ elongati fuerūt ab ipso principio oportuit vt sustentarentur superflua affirmatione a musculis fortibus qui eos tegāt vt pāniculi: ⁊ a corpore cuius essentia inter neruū ⁊ cartilaginē est media simili ei quod corpori nerui accidit cum torquetur. Et illud quidem est ex tribꝰ locis. Quorum vnus est apud epiglotim. Et secundus cum ad costarum radices veniunt. Et tertius cum pectoris

¶ Summa tertia doctine quinte est de neruis.

¶ Capitulū p̄mū sūme tertie doctrīe.5.est ſmo vl'is de neruis.

i Iuuamentorum ⁊c. ¶ In hoc.c.primo agit princeps de iuuamētis neruoꝝ. Scđo de p̄cipio ⁊ termino eoꝝ: ibi [Et neruorū q̄dē] Tertio de membris que iuuanꝛ neruis: ibi [Et ex neruis q̄dem] Quarto de sollicitudine nāe circa custodiā neruoꝝ descendentiū a cerebro ad viscera: ibi [Et Gal'. quidē] Quinto de diuersitate incessus neruoꝝ sensitiuoꝝ a motiuis penes rectū ⁊ obliquū: ibi [Factum est aūt] Sexto de cā diuersitatis molliciei ⁊ duriciei in neruis sensitiuis ⁊ motiuis ex parte originis: ibi [In vnoquoq; etiam]

a ¶ In prima parte primo diuidit iuuamenta neruoꝝ dicens ꝙ iuuamentorum neruoꝝ q̄dā sunt que sunt ſm essentiā: alia sunt que sunt per accidēs. Secundo exeq̄tur de primo membro diuisionis istius dicens ꝙ iuuamentum neruoꝝ ſm essentiā est iuuamentū qđ cerebrū tribuit oībus alijs membris mediantibus neruis dando eis sensū ⁊ motum. Tertio exequiꝛ de secundo membro dicte diuisionis dicens ꝙ iuuamēta neruoꝝ per accidens sunt duo: vnū est solidare ⁊ corroborare carnem vt corpus fiat fortius. Aliud est percipere nocumentū accidens membris carentibus sensu cuiusmodi sunt epar splen ⁊ pulmo: q̄uis enim hec sensu careant sunt tñ cincta ⁊ tecta panniculo neruoso: ⁊ cum tensa fuerint ventositate vel apostemate grauedo apostematis vel partitio ventositatis.i. solutio continui a vētositate inducta perueniet ad cinctorium.i. cooꝑtoriū ⁊ radicem ipsius.i. neruū qui est principalis pāniculi ꝑs. Et attritio accidet pāniculo ⁊ neruo eius ex grauedine apostematis ⁊ extensio ex ventositate: ⁊ sentiet eā. ¶ Sed arguet aliq̄s ꝙ primum iuuamentū non insit neruis ſm essentiā: q: per spiritū aīalem inest eis vt sensum ⁊ motū prebeant alijs membris: sed sp̄us aīalis non est de sb̄a vel essentia neruoꝝ cū adueniat eis a cerebro hora vigiliaꝝ ⁊ ab eis retrahatur hora somni. Itē secundū iuuamentū videꝛ inesse neruis per essentiam q: habēt a substantia sua nullo accidente medio ꝙ carnē inspissant ⁊ eā corroborāt. Item tertiū iuuamentū.s. percipere nocumentū accidens membris sensu carentibus est de specie primi iuuamenti qđ est tribuere membris sensum ⁊ motum: ergo si primū est per essentiā sic erit tertiū. ¶ Ad primū obiectum dic ꝙ prebere sensū ⁊ motū alijs membris dupliciter est. Uno modo actu. Alio mō habitu vel aptitudine. Primo modo accidit neruis vt prebeant sensum ⁊ motū mēbris alijs: sicut accidit homini ꝙ actu rideat aut suscipiat disciplinā: q̄nq; n. sensū ⁊ motū prebent sicut hora vigiliaꝝ: q̄nq; non prebēt sicut hora somni. Secundo mō inest neruis vt sensum ⁊ motū alijs membris prebeant ſm essentiā.s. per anime potentiā eis innatā que est ipsis neruis consubstantialis ⁊ eoꝝ forma: verum ad hoc vt exeat in actū req̄rit spiritū aīalem sibi a cerebro transmissū. Ad scđm obiectū dic ꝙ inspissare ⁊ corroborare carnē nō inest neruis ſm essentiā sic ꝙ a principijs intrinsecis neruorum eis insit vt carnē inspissent q: tunc semꝑ ⁊ omni neruo inesset: cuius cōrariū appꝫ in neruis non īmixtis carni. Nec ſm finē principalē gr̄a cuius erui facti sunt. Sed nerui aliqui dici possunt inspissare carnē ſm essentiā

idest a soliditate ⁊ densitate sue substantie. Ad tertiū dic ꝙ iuuamētū neruorū existentiū in panniculo tegente membrū carens sensu est ſm essentiā respectu pāniculi neruosi: sed ē ſꝫ accidens respectu membri sensu carentis.
b ¶ Et neruoꝝ ⁊c.] ¶ In hac parte scđa dicit primo prin. ꝙ cerebrū ē principiū neruorū ſm modū scitū.i. prius declaratū primi prima doctrina q̄nta.c. singulari de mēbris vbi dicebaꝛ. Cerebrū q̄dem prebet sensū ſm quosdam absolute ⁊ ſm quosdam non absolute: ⁊ cerebri seruiens lator est sicut nerui. Illic.n. recitatū est ꝙ ſm mentē Gal. cerebrū est primū ⁊ imediatū p̄ncipiū fons ⁊ origo virtutū sensitiue ⁊ motiue voluntarie a quo velut a radice palmites oriunꝛ nerui sensitiui ⁊ motiui. Sed ſꝫ mentē Aristo. cerebrū non est primū radicale p̄ncipium virtutum sensus ⁊ motus: sed has recipit a corde: ⁊ postea membris distribuit. Nec a cerebro sed a corde p̄rio nerui prodeūt. Secūdo dicit ꝙ neruoꝝ terminus est extrema sup̄ficies cutis: nā villi minuti miscenꝛ cū cute ⁊ nerui diuidunꝛ in ea aduenientes eidē a membris vicinis. Contra dicit Gal. secundo morbi.c.6. Non.n. cutis ad aliud extitit agendū nisi vt solūmodo operienda operiret. Nā non digerit nec pulsū nec anhelitū nec voluntariū hꝫ motum. Dic ꝙ ibi loquiꝛ de exteriori: hic de interiori. Tertio dicit ꝙ cerebrū est principiū neruoꝝ duobus modis: q: quorundā neruoꝝ est principiū ſꝫ sui essentiā ita ꝙ imediate ꝓcedūt ⁊ oriunꝛ a substātia medullari cerebri: ⁊ alioꝝ est principiū mediante nucha orta a cerebro a qua nerui prodeunt vt rami a trunco.
c ¶ Et ex neruis ⁊c.] ¶ In hac parte tertia dicit primo princeps ꝙ nerui q̄ imediate oriuntur a cerebro non tribuūt sensum ⁊ motū nisi partibus capitis ⁊ faciei ⁊ interioribus visceribus q: solis his distribuunꝛ. Secundo dicit ꝙ membra alia a predictis non recipiūt sensum ⁊ motū nisi a neruis ortis a nucha. Contrariū huius determinat Gal.16.de vti.pti.c.sexto dicens. Aliorum vero q̄ a cerebro quidē explantantur ad collū vero ⁊ omoplatas.i. spatulas descendunt: consequenter vtiq; est dicendū distributionē. Neq; n. in eis natura ipsa cū posset dorsali.i. nucha que est ſm collum vti ad neruoꝝ omniū qui ibi sunt generationē vt oblita huiusmodi a longe deducit eos. Sed ad illos implantat musculorū quicūq; sublimē simul positionē habent ⁊ supuellūt omoplatā versus caput. Ad primos igitur eius q̄ ampli sunt quorum principiū est os capitis qđ est ſm occipitiū: finis aūt omoplate dorsū dignꝰ ratione implantatur neruꝰ a cerebro prodiens simul cū alijs quicūq; ſꝫ sextā cōiugationē īplantari dicti sunt. Hec Gal. Princeps aūt seipsū corrigit inferius vbi loquens de sexto pari neruoꝝ orientiū a cerebro dicit. Et pars scđa ad musculos descendit spatule ⁊ eius quod est circa eā ⁊ ipsius plurimū in musculo spargitur lato qui est super spatulam.
d ¶ Et Galienus q̄dē ⁊c.] ¶ In hac parte quarta primo dicit princeps ꝙ Gal. indicauit nobis magnam diligentiā nature propriā neruis descendentibus a cerebro ad viscera. Nā creator de custodia eorū solicitus aliter muniuit istos q̄z alios neruos. Cuius cā est q: nerui isti a suo principio elongati indigent vt fortiter affirmenꝛ partim per musculos fortes similes panniculis tegentes eos partim per corpora quoꝝ sb̄a media est inter cartilaginē ⁊ neruū ⁊ silis neruo torto. Secūdo dicit affirmatio fortis istoꝝ neruorū fit in tribus locis.s. apud epiglotū apud radices costarū ⁊ postq̄z transeūt in suo descensu locū pectoris. ¶ Attende primo ꝙ Gal. hanc follicitudinē nature circa neruos qui a cerebro ad viscera descendunt commemorat decimosexto de vtilitate particularum capitulo quinto dicens. Est autem ⁊ aliud mirabile opus nature ignoratum ab anatomicis: vbi enim vel per longam viam debꝫ ducere paruum neruum vel forti motui famulaturum ibi comprehendit substantiam eius corpore grossiori quidem simili autem ſm alia. Uidebitur enim tibi neruus sphericatus existere ſm primam fantasiā visus circūadnatus ⁊ supinnatus eis. Anatomizanti vero euidēter apparet quoniam neq; circūadnatio est neq; superinnatio: sed similis quedam substantia neruis per omne vnita ⁊ similis omnino existens ei qui ad ipsā peruenit ⁊ rursus ab ea protenditur neruo ſm solam ipsam substantiam similis existens vocato ganglio. Et intellige per ganglium paruum apostema: vt ait Galienus secundo ad glauconem. ¶ Attende secundo ꝙ per hanc substantiam neruo similē dictis neruis hoc speciale euenit ꝙ apparent grossiores a suo principio elōgati q̄z erāt ante. Iuxta illud Galieni ibi. Ingrossari igitur contingit neruos vt manifeste appareat maior circulus nerui q̄ postq̄z eius q̄ ante. ¶ Attende tertio ꝙ hec ingrossatio in elongatione ab origine contingit neruis descendentibus a cerebro ad viscera. Primo in collo prope epiglotum. Secundo cum peruenerint ad thoracem iuxta radices vel inicia costarum. Tertio dum exeunt a thorace ⁊ descendūt ad orificium stomachi ⁊ alia membra nutritiua. Iuxta illud Galieni ibi. Uidebis autē id et ſm alias quasdam particulas: ⁊ etiam in his neruis qui a cerebro descendunt. Primo quidem in collo parum supra laringā. Secundo vero quando venerint ad thoracem apud radices costarū. Et tertio quando primo exeunt a thorace.

e ¶Factum est autem ⁊c.] ¶In hac parte quinta dicit primo princeps ꝙ ordinatum est a natura ut nervi orti a cerebro alii a predictis ad viscera descē dentibus facti ut dent sensum membris recte descendant a cerebro ad membra quibus diriguntur. Et causa rectitudinis sui descensus est duplex. Prima est q: via rectior est brevior: ⁊ ideo virtus cerebri venit fortior ad membra quibus implantantur huiusmodi nervi: quia omne agens fortius agit in propinquum q̄ȝ in distans. Secunda causa est quia duricies nō est necessaria nervis sensus q̄ requirit elongationem nervorū a substantia cerebri cum circuitione idest obliquo incessu: ut elongētur paulatim a similitudine cuȝ cerebro in lenitate ⁊ mollicie sicut est necessaria nervis motus: immo quanto nervi sensus fuerint leniores tā to magis prebent virtutē sensus. Sed instabit aliquis quia nervi sensus in stupore ⁊ palysi sunt mollissimi ⁊ lenissimi ⁊ tamen non prebent sensum. Dic ꝙ littera intelligitur de lenitate nervorum nō egritudinali sed naturali. Secundo dicit ꝙ a natura factum est sive ordinatuȝ ꝙ nervi motivi orti a cerebro trāseant ad membruȝ cui diriguntur post circuitiones idest semitas obliquas per quas incedunt ut elongentur paulatim a suo principio scilicet cerebro ⁊ gradatiȝ ad duriciē perveniāt que necessaria est nervis motivis. ¶Attende ꝙ nervi duri sunt ad motus aptissimi ⁊ sensui inepti molles vero ecōtra. Juxta illud Galie. nono de utilitate particularuȝ capitulo .13. Et duros quideȝ ad motus optime cōstructos esse estima: ad sensus vero ineptos. Ecōverso autem existere mollibus quidem aptitudinē ad sensus certitudinem: imbecillitatem autem ad robur motus. Et paulo post reddit causam dicēs. Quoniaȝ his quidem scilicet duris in agendo: his aūt videlicet mollibus in patiendo est utilitas.

locum transeunt. ¶Factum[e] est autem ut alii nervi a cerebro ꝓvenientes in quibus existit utilitas in sentiendo iuvamē tum prestare penetrarent a sui principio ſm rectitudinem ad membruȝ ad quod diriguntur: quoniam rectitudo ad id ad quod dirigitur propinquiore desertvia: ⁊ illic ex hoc est impressio que manat ex principio fortior: ⁊ propterea ꝙ in nervis sensibilibus non queritur de duricie que facit necessitatem elongandi a substantia cerebri cū circuitione propterea ut a sui similitudine in lenitate ordinatiȝ elongentur quantum in membris queritur motus: immo quanto plus fuerunt leniores plus fuerunt virtutem sentiendi dantes. Sed factum est ut motivi ad id ad quod diriguntur eant post circuitiones in quibus ipsi incedūt: propterea ut a principio elongentur ⁊ in duricie ordinentur. ¶In[f] unoquoqȝ etiam duoruȝ modorum ad id quod ex duricie ⁊ mollicie in ipso est necessarium adiuverunt ortuum ipsorum substantie. Plurimi nāqȝ eoruȝ qui sensum tribuunt ab antecessione oriuntur cerebri. Et partis quidem que est cerebri antecessio est essentia mollior. Et plurimi illorum qui motum prebent a postremo oriuntur cerebri. Et partis que est cerebri postremuȝ essentia est magis spissa.

¶De anatomia nervoruȝ cerebri ⁊ semita ipsorum. Capi.ij.

a **Cerebro[a] septē nervorum paria oriuntur.** ¶Primi paris principium est ex fundo duorū ventriculoȝ cerebri antecedentiuȝ apud

f ¶In unoquoqȝ ⁊c.]
¶Postq̄ȝ declaravit princeps quomodo nervi acquirunt duriciem aut molliciem ex eorum incessu recto vel obliquo: in hac parte sexta monstrat quomodo acquirunt eam ex substantia suarum originum. Et dicit primo ꝙ substantie ex q̄bus nervi trahunt originem adiuvant etiam sicut incessus rectus: vel obliquus in unoquoqȝ duorum modorum scilicet nervorum sensus ⁊ nervoruȝ motus: ad illud quod est necessarium istis nervis de duricie ⁊ mollicie. Secūdo dicit declarando illud ꝙ plurimi nervi sensitivi nascuntur ab antecessione idest ab anteriori parte cerebri. Et substantia illius partis est mollior. Tertio dicit ꝙ plurimi nervi motivi de his qui oriuntur a cerebro oriuntur a postrema parte cerebri. Et substantia partis huius est magis spissa. ¶Attende primo ꝙ nervi duri deputati ad fortes motus ut sunt nervi brachiorum ⁊ tibiarum oriuntur a nucha ⁊ durissimi omnium a fine nuche. Juxta illud Galieni nono de utilitate particularum capitulo tertiodecimo. Duorum agitur nervorum omnium principium intellige mihi dorsalem idest nucham ⁊ inferiorem finem eius summe durorum. ¶Attende secundo ꝙ cerebrum quoad partes eius anteriorem ⁊ mediam est origo nervorum mollium. Et mollissimi nervoruȝ oriuntur ab intrinsecis partibus anterioris partis cerebri que sunt molliores superficialibus partibus ipsius. Juxta illud Galieni ibi. Mollium vero omnium cerebrum ⁊ medias partes eius reiacere idest respondere mollissimis. ¶Attende tertio ꝙ nervi medii inter duriores ⁊ molliores oriuntur a loco ubi cerebrum coniungitur nuche. Juxta illud Galieni ibi. Mediocrū vero nervorum substantie principium existere id ubi copulantur cerebrum ⁊ dorsalis. ¶Attende quarto ꝙ non est possibile nervum a cerebro natuȝ mox fieri motivum: sed in elongatione sua fit motivus plus vel minus ſm ꝙ induratur. Juxta illud Galieni ibi. Quando igitur aliquis nervus a cerebro genitus fuerit mollis mox quidem hunc non est possibile motivum existere: profectus autem ⁊ procedens siquidem durior seipso fiat omnino erit utiqȝ motivus. Sed quoniam ⁊ ſm ꝓncipium hi quidem magis: hi vero minus sunt molles: ⁊ in procedendo hi quidem citius siccantur: hi autem tardius: necesse est ⁊ motivos fieri: hos quidem parū abscedentes a principio: hos aūt plus. ¶Attende quinto ꝙ aliqui nervorum ortoruȝ a cerebro quāvis elongentur plurimum ab eo suam servant molliciem natura sic disponente quatinus maneant de genere sensitivorū: cuiusmodi sunt nervi a q̄ cerebro ad viscera descē dunt. Juxta illud Galieni ibi. Quidam autem nervi salvantes apparent usqȝ plurimum naturam que a principio sicut hi qui ad ventrem feruntur. Fere enim quales explantati sunt tales per totam viam servantur: manere enim oportebat eos per totum sensitivos.

¶De anatomia nervorum cerebri ⁊ semita ipsorum. Capi.ij.

a **Cerebro septem ⁊c.** ¶In hoc capitulo dicit primo princeps ꝙ septeȝ paria nervorum oriuntur a cerebro. Et intellige ꝙ oriuntur a substantia eius medullari ⁊ non a panniculosa. Consequenter exequitur de istis septem paribus per ordinem in septem partibus seq̄ntibus. Prima incipit ibi [Primi paris] Secūda ibi [Secunduȝ autem parium] Tertia ibi [Tertii vero paris] Quarta ibi [Quarti vero paris] Quinta ibi [Et unūquodqȝ paris q̄nti.] Sexta ibi [Par vero sextuȝ] Septima ibi [Septimi autem paris.]

a ¶Prima pars ē presens textus in qua primo agit de loco originis p̄mi paris ibi [Primi paris p̄ncipium] Secūdo de plasmatione eius ibi [Et ip̄m quideȝ] Tertio de modo sui īcessus ⁊ dilatatiōis foraminū suorum ibi [Et ille qui] Quarto de opinione quorūdaȝ circa modū penetrationis ei⁹ ad cruceam sectionem ibi [Quidam vero] Quinto de iuvamētis tribus crucee sectionis ibi [Et dixerunt.]

¶In prima particula dicit ꝙ origo p̄mi paris nervorum orientiū a cerebro est ex fundo duorum ventriculorum anteriorum cerebri ꝓpe duo additamēta mamillaria quibus fit odoratus.

¶Primi paris ⁊c.] In secūda dicit ꝙ istud p̄mū par h̄ȝ parvū ventrē idest uterqȝ nervoȝ istius paris est interius cōcavus sicut vene ⁊ arterie: sed cōcavitas eoȝ nō est tanta sicuti venaȝ ⁊ arteriaȝ: q: non sunt vie sanguinis nec alterius humoris sicut vene ⁊ arterie: sed soloȝ sp̄uūȝ animaliuȝ q̄ sunt subtiles ⁊ clari. Et causa concavitatis ipsoȝ fuit necessitas copiosi luminis spirituūȝ ad actū videndi assiduūȝ.

duorum additamentorū vicinitatem mamillarum extremitatibus similium quibus fit odoratus. ¶Et ipsum quidem est parvum ventrem habens. ¶Et ille qui a sinistra oritur dextratur: ⁊ ille qui a dextra oritur sinistratur: deinde sibi super sectionem cruceam obviant: postea ille qui a dextra nascitur ad pupillaȝ dextram penetrat: ⁊ qui nascitur a sinistra ad sinistram pupillam. Quorum adeo dilatantur orificia donec humoreȝ qui vocatur vitreus comprehendant. ¶Quidam vero qui non est Galienus dixit ꝙ ad sectionem crucem sine reflexione penetrant. ¶Et dixerunt ꝙ in hac sectione tria existunt iuvamēta. Unuȝ est propterea ne spiritus qui ad unaȝ currit pupillarum ad alteram ire prohibeatur cū acciderit nocumentum. Et propter hoc unaqueqȝ duarum pupillarum cuȝ alter clauditur oculus in videndo fit fortior ⁊ etiam clarior q̄ȝ ipsamet esset si altera intuente intueretur. Et propter hoc uvei dilatatio augmentatur cum alter clauditur oculus. Et hoc quideȝ est propterea ꝙ spiritus vehementer vadit ad ipsum. Secundū vero est propterea ut duo oculi unum habeant deferens quod ibi simulacrū eis offerat ⁊ ibi uniatur: ⁊ sit duobus videre oculis unum videre: propterea ꝙ simulacrum in termino unitur cōmuni. Ideoqȝ etiam luscis accidit ut ex re una videant duas: cum una pupilla superius elevatur aut inferius deprimitur ⁊ destruitur rectitudo penetrationis foraminis ad sectioneȝ: ⁊ ante cōmuneȝ terminū accidit terminus torture nervi. Et tertium est ut unusquisqȝ duorū ner-

¶Et ip̄m ⁊c.] ¶In tertia dicit primo ꝙ ille nervus istius paris qui oritur a sinistra parte cerebri incedit versus dextram: ⁊ alter qui oritur a dextra incedit versus sinistram. Et postea obviant sibimuicem isti duo nervi super cruceam sectionem .i. coniūguntur simul in medio sui incessus ſm similitudinem crucis taliter ꝙ ex concavitatibus amborum provenit una concavitas. Consequenter ille qui natus est a parte cerebri dextra transit ad oculum dextrum: ⁊ a parte sinistra ortus transit ad sinistrum oculum. Secundo dicit ꝙ orificia istorum nervorū quando perveniunt ad orbitam oculi dilatantur intantum ꝙ comprehendunt vitreum humorem.

¶Et ille qui ⁊c.] ¶In quarta particula dicit ꝙ quidam medicus alius a Galieno dixit ꝙ isti duo musculi perveniunt ad sectionem cruceam sine reflexione .i. sine hoc ꝙ dexter post dictam sectionem reflectatur ad oculum dextrum ⁊ sinister ad oculum sinistrum: immo ſm iudicium istius dexter nervus transit ad sinistrum oculum recta via: ⁊ sinister nervus ad oculum dextrum. Et sic isti nervi sese intersecant ad similitudinem crucis.

¶Quidam vero ⁊c.] ¶In quinta dicit ꝙ aliqui medici dixerūt utilates esse tres crucee sectionis istorum nervorum. Prima est ut spiritus visibilis prohibitus transire ad pupillam unius oculi possit absqȝ impedimēto transire ad pupillam alterius oculi. Et ista de causa scilicet quia sic transire potest clauso uno oculo pupilla alterius sit fortior in videndo ⁊ etiaȝ clarior q̄ȝ si ambo oculi essent aperti q: plus recipit de visibili spiritu qui luminosus est. Et ideo balistarii conati certitudinaliter intueri signum ad sagittam ⁊ dirigere sagittam ad ipsum claudunt alterum oculorum. Hac etiam de causa quando clauditur unus oculorum dilatatio uvei augmentatur .i. foramē quod est in uvea tunica alterius oculi dilatatur propter hoc ꝙ visibiles spiritus vehementer .i. copiose transeunt ad ipsum. Et hoc manifeste apparet in patientibus catharactam in unico oculo: habent enim multum latam pupillam oculi sani. Secunda utilitas est ut duo oculi habeant unum deferens .i. locuȝ cōmunem vel concavitatem cōmunem ambobus quod offerat eis ibi simulacrum .i. formaȝ rei visibilis ⁊ uniantur ibideȝ simulacra recepta simul in utroqȝ oculo ⁊ ut visio que fit duobus oculis sit unica visio propter hoc ꝙ forma rei visibilis adunatur in cōmuni termino scilicet in loco sectionis crucee. Et ideo videtur luscis ꝙ una res sit due: quando altera pupillarum suarum elevatur aut deprimitur ⁊ forma rei visibilis in utroqȝ oculo recepta non recte penetrat ad cruceam sectionem: sed anteq̄ȝ illuc perveniat arestatur forma in termino vel angulo torture alterius nervorum ⁊ sic forma transiens per nervum tortum nō pervenit simul ad locum cōmunem cum transeunte per nervum non tortuȝ. Tertia utilitas est ut hi duo nervi ſm crucem uniti seinvicem sustentent ⁊ si-

uorũ ab alio sustentetur ⁊ illi innitatur ⁊ fiant ac si ad pupillaz ex propinquo venirent. ¶ Secundum [b] autem parium neruorum a cerebro prodeuntium nascitur post ortum primi paris: ⁊ ab eo ad siluestrez declinat: ⁊ a foramine quod est in orbita que totum comprehendit oculuz egreditur: ⁊ in musculis partitur oculi. ¶ Et hoc quidem par est valde grossum. Ideo vt eius grossicies sue parificetur mollitiei quam habere debuit: propterea ꝙ est circa principium: ⁊ confortetur in faciendo motum: ⁊ precipue cũ adiutorem non habeat cum tertium par sit conuersum ad mouendum magnum membruz quod est mandibula inferior: quare ei non remanet superfluitas: imo adiutorio alio a se indiget sicut modo referemus. ¶ Tertij vero [c] paris origo est a termino cõmuni inter antecessionez cerebri ⁊ ipsius postremum basis cerebri quod primo cum quarto pari paulisper

sibinuicem innitantur ⁊ veniant simul ad pupillas quasi de prope suffulti. ¶ Attende primo ꝙ a partibus lateralibus vbi desinũt duo anteriores ventriculi cerebri explantanť nerui visus dicti cõiter optici: vnus a dextris: alter a sinistris. Juxta illud Gal. 16. de vtili. parti. c. 3. Ubi enĩ alteruter ventriculoꝝ desinit ꝑ suo lateralia visiuoꝝ neruoꝝ est explantatio. ¶ Sꝫ queret aliqs cur a laterib⁹ ⁊ non ab anteriori parte cerebri explantanť simul iũcti cũ postea cõiunganť. Istaz qõnez mouet Gal. 10. de vtili. parti. ca. 13. dicens. Propter qd aũt nõ mox de sursum ab ipso cerebro vnũ ꝑncipiũ vtrisqꝫ fecit natura: sꝫ hũc qdez a dextris partib⁹ ei⁹ explantãs: hũc aũt a sinistris demũ ꝯgregauit adinuicem ⁊ copulauit i medio loco. Et ibidez soluit hoc quesitum dicẽs. Non erat aũt ex hoc loco possibile explantationez fieri nedũ ita magnoꝝ neruoꝝ qlis vterqꝫ hoꝝ est sꝫ neqꝫ multo minoꝝ. Pyelus. n. quẽ anterior sermo exposuit eũ qui expurgat cerebruz in seipsa ꝯtinens poꝝ in hoc situata est: ⁊ erat impossibile ipsaz alibi poni debentẽ oẽm supfluitatez ad palatũ emittere. Eadem aũt rõne nec poros q ad nasum ꝑueniũt a cerebro in alio loco situari erat possibile neqꝫ ex alijs ptibus cerebri hr̃e primã explãtationẽ. Cũ. n. in medio faciei iacet nasus decens erat ⁊ poros ad eũ venientes mediũ anterioris partis cõprehendere. ¶ Attẽde scḋo ꝙ nerui optici mollissimi sunt ⁊ maximi oĩum. Juxta illud Gal. 16. de vtili. pti. c. 3. Sed oculi soli q̃uis minime ꝑticule existant ꝑꝑ vtilitatis dignitatez maximos simul ⁊ mollissimos habuerũt neruos. Certissimus. n. oĩuz alioꝝ sensuũ est q ꝑ eos maxima ⁊ plurima eoꝝ q̃ in sunt corꝑibus dignoscẽs a longe colorẽ ⁊ magnitudinẽ ⁊ figurã ⁊ motũ ⁊ positionẽ ⁊ distantiã que est ad ea que videt. ¶ Attende tertio ꝙ nerui optici sunt aliquo modo spissiores cerebro sed nõ multũ sicciores: ⁊ sunt sicut substantia cerebri compacta vel inspissata. Et ideo hi soli sensibiles habuerũt poros ne pre mollicie pars eoꝝ supra ꝑtez cadens ꝓhibeat transitũ liberũ spũs: imo noiantur a qbusdaz pori. Juxta illud Gal. 8. de vtili. pti. c. 6. Sensitiui vero q ad oculos veniũt spissiores qdez sunt quodãmodo cerebro sicciores aũt nõ valde videnť. Sꝫ hi qdez soli oĩuz neruoꝝ velut impilata qdem non siccata aũt substantia ei⁹ videbunť tibi fieri: propterea igiť ⁊ apparent hi soli poros sensibiles habẽtes in seipsis. Quocirca ⁊ vocant ita eos multi anatomicoꝝ: ad radices qdez oculoꝝ implantari dicentes a cerebro duos quosdã poros ꝑm alterutrũ eoꝝ vnũ. ¶ Attende quarto ꝙ figura incessus neruoꝝ opticoꝝ est similis cuidã littere grece: cuius figura est talis. X. Et lꝫ hi nerui videanť prima facie seinuicẽ supascẽdere ⁊ intersecare trãsuersaliter ad modũ crucis nõ tamẽ est ita: sed postqꝫ a lateribus cerebri sunt explantati incedunt paulatim approximando sibiinuicem donec pori eoꝝ concurrant in vnũ porũ: ⁊ hoc facto iteꝝ recedunt abinuicem: ⁊ qui explantať a dextra ꝑte cerebri tendit ad oculũ dextrũ: ⁊ qui a sinistra ad sinistrũ. Juxta illud Gal. 10. de vti. pti. c. 12. Nõ enim ꝑmutauit eos vt eũ qdem q a dextris est ad sinistrũ oculũ perduceret: eum aũt qui a sinistris ad dextrũ. Sꝫ est qdem simillima littere quã greci vocãt chi ⁊ est talis. X. horuz neruoꝝ figura. Et aliquis nõ diligẽter anatomizans permutari putabit forsan eos ⁊ supascẽdere seinuicem: hoc aũt non ita habet. Obuiantes. n. sibiinuicez extra craneũ ⁊ poros vnientes confestim rursus separant ostendentes manifeste: quoniam nullius alius gratia: sed vt copularent poros approximauerũt. ¶ Attẽde qnto ꝙ triplex fuit opi. veterum in reddenda cã coniunctionis neruoꝝ opticoꝝ ad modũ crucis. Una dixit id fuisse factũ vt nerui optici sic inuicez iuncti minus paterenť q̃ꝫ si recta via descẽderent simul qsqꝫ ad suũ oculũ. Altera dixit id ideo fuisse vt sibi inuicem cõicent in passione ⁊ leuius qsqꝫ partito malo ferat nocumentũ. Tertia dixit istud ob id factũ ꝙ opꝫ principia oĩum sensuũ copulari ad vnuz principiũ. Juxta illud Gal. 10. de vti. parti. c. 13. Quidam enim vt ipsi non patianť sicut si ꝑm rectitudinẽ essent eam que intus prius ꝯuersionem demũ rursus extra factaz esse aiũt. Alij aũt vt cõicent adinuicẽ in passionibus ⁊ diuidatur malũ alterius ad vtrosqꝫ. Quidam aũt qm̃ ad vnum principium copulari opꝫ oĩum sensuuz principia. Sed haꝝ tertia reprobatur illic a Galieno: qꝛ nõ in sectione crucea vniunť principia sensuuz sed in sensu cõi. Et ideo clare errant dicentes hos neruos inuicem vniri vt oĩum sensuz principia copulenť in vno principio: nisi intelligãt principia visus. s. radios visuales oportere copulari ad vnuz principiũ. s. ad porũ cõem in directo crucee sectionis: sic enĩ veꝝ dicerẽt ⁊ nõ esset Gal. primus inuentor cause crucee sectionis sicut ipse de se asserit. Et sunt hec ipsi⁹ verba. Sed hi qdem si qdem visuz ad vnũ principiũ copulari dicerent solũ oñdentes passionis magnitudinez: si hoc nõ fuisset factũ: manifestũ est qm̃ sic ipsi dicerent veritatez ⁊ predictus sermo nõ esset nostra inuentio. Nũc aũt qm̃ primũ sensitiuũ qḋ omnes sensus suscipit vnũ esse aiunt oportere bene hoc dicentes deinde ꝑꝑ hoc cõuenire adinuicem hos neruos molles existimant: in hoc vtiqꝫ valde errant. ¶ Secũdã etiam opi. reprobat illic Gal. ⁊ illam que dicit neruos opticos vniri ne tracti pondere oculoꝝ discindanť dicens. Scḋm hoc aũt estimare qm̃ vt diuidanť passiones conueniũt adinuicem nerui dictũ est contra prouidentiam nãe: cuz ipsa cõtrariũ ingenieť: vt iam in multis ostendimus. Melius. n. est si possibile esset nequaq̃ꝫ aliud reliquo cõdolere. Si ꝟo alicui ⁊ hic sermo epiehes. i. verus vel iustus esse putať: vti eo lꝫ sicut ⁊ eo qui dicit descindi faciliter neruos si ꝑm rectũ essent locati. Mihi aũt neqꝫ hoc placet: nerui enim qui ad ventrez perueniũt a grauedine ei⁹ tracti multotiens qdem scinderenť cũ circa stomachuz inuoluerentur. Pori vero. i. nerui optici qui ad oculos perueniũt nil tale debebant pati: neqꝫ pondere ita magno vnq̃ꝫ adueniente oculis quale ventri qui cibis ⁊ potibus repletur: neqꝫ decliuem positionẽ habẽtibus: neqꝫ longe distantibus a principio. Si ꝟo ⁊ aliqd hoꝝ adesset sed tamen musculi qui continent neruos ⁊ ante eos grosse miringe explantatio nullo alio neruo tm̃ habente grossiciei vel duriciei sufficiebat ad custodiendũ: hec Gal. ¶ Attende sexto ꝙ Galienus primam ⁊ secũdam vtilitatem crucee sectionis neruoꝝ opticoꝝ dicit esse ne qḋlibet visibile quod duob⁹ oculis videtur apparet duo visibilia. Ait enim. 10. de vtilitate parti. c. 13. Sic ⁊ hic prima quidem necessariissima vtilitas est vt nõ videatur duplex singulũ eoꝝ que extra. ¶ Sed instabit aliquis qꝛ sonus qui duabus auditur aurib⁹ non apparet vt duo soni: nec odor qui sentitur ab additamẽtis mamillaribus duobus odoratiuis sentiť vt duplex odor: licet eorum organa duplicia sint ⁊ nusq̃ꝫ vnita ꝑm cruceaz sectionez: ergo nec visibile vnũ apparebit vt duo visibilia dato ꝙ non simul vniantur nerui optici. ¶ Dic ꝙ non est simile. Primo qꝛ quecũqꝫ videntur ꝑm rectas lineas videntur. Juxta illud Galieni. 10. de vtilitate. c. 12. Si vero iam ex hoc intellexisti nõ vtiqꝫ videbitur tibi irrationabiliter enũciasse mathematicos qm̃ ꝑm rectas lineas videntur que videntur: non sic autẽ de sonis est ⁊ odoribus. Cuius rei signũ est ꝙ si inter visibile ⁊ visum aliquid solidum ꝑm lineam rectam intercipiatur prohibebit visibile videri vel partem eius: non sic aũt fit si illud inter sonum ⁊ aures vel odorez ⁊ organũ odoratus intercipiatur. Secũdo qꝛ necessarium est ad hoc ꝙ visibile aliquod appareat vnũ: sicut est ꝙ radij visuales cadant in eodem plano. Juxta illud Galie. ibidem. Nos autem imponamus iam caput sermoni rememorantes: quoniam necessariũ est axes visiuorũ conorum in vno ⁊ eodem plano habere positionem vt duplex nõ appareat qḋ est vnum. Et inde est ꝙ quando pupille transuersantur lateraliter versus angulos oculorum vna res visa non apparet due: sed dũ transuersantur ꝑm superius ⁊ inferi⁹ res vna duplex apparet. Juxta illud Gal. ibi. Propterea nec omnibus peruersio pupille duplex facit existimare quod videtur: nisi si quis eam altiorem vel imiorem facit eo qḋ ꝑm naturam. Que vero versus magnũ cantum idest angulum vel paruum adductiones magis sinistrum vel dextrũ ostendunt id quod aspicitur: non tamẽ duplex operantur. Manent enim in vno plano conorum axes quibuscunqꝫ peruersi fuerint oculi neutra quidem pupilla altiori facta. Eiusdem sententie meminit Aristoteles. 31. particula probleumatum probleumate decimoseptimo suscitans propter quid in ampluũ mouentibus oculũ non videtur vnum duo. Et statim respondet dicens. Aut quia in eadem linea fit principium: duo autem videntur hoc mutato sursum aut deorsum. In latus autem non differt nisi simul ⁊ sursum ponatur. Idem contingit in tactu cũ pisum ducitur sub digitis cancellatis. In alijs vero sensibus non fit hoc. ¶ Attende septimo ꝙ secũda vtilitas crucee sectionis opticorũ post predictam potior est vt vno oculo leso spiritus omnes visui vadant ad alterum ⁊ ipsum fortificent. Juxta illud Galieni decimo vtilitate particularum capitulo decimotertio. Me autem adijcere proposui sicut verum hoc scilicet spiritum qui a cerebro aduenit ad alterutrum oculorum melius erat: vt si alter aliquãdo claudatur: aut cecus fiat totaliter totum ad reliquum ire. Sic enim duplicata visiua eius virtute melius debebat videre. Hoc autez apparet etiam euidenter. Si enim volueris in medio oculorum super nasum extendere ꝑm longitudinem tabulam vel manũ tuam vel quodcũqꝫ aliud potens prohibere videri ab ambobus oculis singulum eorum que extrinsecus preiacent obtuse alterutro videbis: claudente vero alterum multo manifestius videbis seu virtute que ad vtrosqꝫ partiebatur ab alterum nunc eunte. ¶ Attende octauo ꝙ licet Galienus reprobare videatur vtilitatem crucee sectionis ne nerui optici facile rumpantur si recte incederent: prefert tamẽ de tribus opinionibus prenarratis illam que assignat hanc vtilitatez dicens. Et trium predictorũ proposui memorari ⁊ laudare: vt suauissimũ. i. magis veridicuz ex eis eũ q enũciauit obliquos fieri poros. i. neruos opticos vt nõ rũpanť.

b ¶ Secundum autem ⁊c̃.] ¶ In hac parte secũda primo agit princeps de loco originis egressu ⁊ partitione secũdi paris neruorum orientiuz a cerebro. Secundo de grossicie eius ⁊ causa grossiciei ipsius ibi [Et hoc quidez par.] ¶ In prima particula dicit ꝙ par scḋm neruorum qui nascũtur a cerebro capit originem post primũ par ⁊ declinat a loco originis primi paris versus siluestrem idest partem cerebri exteriorem. Deinde transiens ad oculum exit a foramine quod est in orbita comprehendente totum oculum ⁊ ibi diuiditur in musculis mouentibus oculum.

¶ Et hoc quidem ⁊c̃.] ¶ In secũda dicit ꝙ hoc par est valde grossum vt ex grossicie sua debilitas in mouendo recompensetur quã ex mollicie cõtrahit sibi cõnaturali tam ex parte originis q̃ꝫ ex propinquitate ad cerebrũ: ⁊ vt fortius fiat ad mouendum oculos: ⁊ maxime cũ non iuuetur a tertio pari quod est post ipsum: qꝛ est necessarium totum illud par occupari in motu mandibule inferioris absqꝫ hoc ꝙ aliqua eius pars superfluat qua non indigeat mandibula: imo non sufficit illud par tertium ad motũ mandibule. Sed alio indiget adiutorio sicut modo dicetur. ¶ Attẽde ꝙ licet istud par oriatur ab anteriori ventriculo cerebri non tamen oritur ex eius profundo sicut primũ par: sed ex superficialibus partibus que sunt duriores eo ꝙ istud par est de genere motiuorum neruoruz quos oportet esse duriores sensitiuis. Juxta illud Galieni. 8. de vtilitate particularuz capitulo sexto. Ex anteriori vero cerebro duriorum neruorum necessarium fuit explantari aliquos sicut puto eos qui oculos mouere dñt. Quocirca quãuis prope neruos molles sint hi: nõ tamen ex partibus que sunt in profundo ex quibus illi principium explantationis fecerunt: sed ex duris que sunt superficietenus.

c ¶ Tertij vero paris ⁊c̃.] ¶ In hac parte tertia primo agit princeps de origine incessu ⁊ diuisione tertij paris neruorum ortorum a cerebro in tres ramos. Secundo exequitur de primo eius ramo: ibi [Unus ramus] Tertio de secundo: ibi [Et secunde quidem] Quarto de tertio: ibi [Et ramus tertius] Quinto de quarto: ibi [Quartus vero.]

¶ In prima particula dicit primo ꝙ origo tertij paris neruorum ortoruz a cerebro est a termino seu loco cõmuni inter ventriculũ cerebri anteriorem ⁊ posteriorem iuxta basim siue fundum vel infimum cerebri. Et dicit Rasis primo almansoris capitulo de neruis. Tertium vero par post secundi paris ortum exoritur vbi primus cerebri venter ad scḋm peruenit ventrem. Secundo dicit hic princeps ꝙ hoc par tertium in suo incessu cõmiscetur modicum cum pari quarto ⁊ postea separatur ab eo. Tertio dicit ꝙ hoc par diuidiť in quatuor ramos. Et dicit Rasis capitulo nũc allegato. Quarto quoqꝫ pari quod est post ipsum admiscetur a quo postea separatum in quatuor diuiditur partes.

tes. ¶ Attende hic ꝙ vterqꝫ neruoꝝ huius tertij paris diuiditur in quatuor ramos: vnus a dextris: alter a sinistris.

¶ Unus ramus ⁊c.] ¶ In secunda dicit primo ꝙ primus horum ramorum exit a craneo per illud foramē per quod subintrat vena subetia .i. arteria apopletica: que sic appellatur quia ex eius oppilatione generatur subeth vel apoplexia. Et de ea agetur capitulo quarto summe quarte doctrine presentis.

Secundo dicit ꝙ iste ramus descendēdo incedit super ceruicem seu collū ⁊ pertransiens diafragma distribuitur membris nutritiuis. ¶ Attende primo ꝙ iste ramus associat vni parti tertij rami sexti paris neruoꝝ orientium a cerebro. Et pars eoꝝ sincera distribuitur orificio stomachi quod est velut organū appetitus cibi ⁊ potus: sed in transitu suo priusqꝫ veniat ad dictum orificiū relinquit aliquā eius particulam hysophago trachee arterie ⁊ pulmoni pro panniculo eius Juxta illud Galieni .16. de vtilitate particularum capitulo quinto. Peruenit quidem ⁊ adhuc aliqua earum que a cerebro portio parua quidē ad alias vniuersas: dignior autem ad os ventris: quoniam hanc particulam appetitus cibariorum organum fecit natura ī porta vt vtiqꝫ dicat quis positū oīum organorum que circa cibi dispensationem constructa sunt: sincerum igitur ipsi ⁊ impermixtum alij neruo duro deduxit desuper dans in via aliquam particulam ex eo paruā stomacho .i. ysophago ⁊ pulmoni ⁊ trachee arterie. ¶ Attende secūdo ꝙ alia portio sincera istius rami ⁊ partis sibi adiūcte ex sexto pari distribuitur cordi ⁊ epati: videlicet horum pāniculis vt radices membrorum sibi inuicem cōmunicent ⁊ sese exaudiant. Juxta illud Galieni ibi de eadem autem coniugatione sincerum neruum dedit epati ⁊ cordi propter dictam antea rationē. ¶ Attende tertio ꝙ alia portio huius rami ⁊ partis sibi adiuncte ex sexto pari permiscetur neruis orientibus a nucha ⁊ distribuitur ceteris membris sub diafragmate comprehēsis a siphac. Juxta illud Galieni ibi. Ad alia vero vniuersa q̄ sunt sub diafragmate intra peritoneon idest siphac de his neruis peruenit aliqua pars non adhuc sincera: sed his qui a dorsali idest nucha permixta neruis qui ad radices costarum ferūtur: ⁊ ex ipsa etiam dorsali que est ꝫm thoracem aduenit quid ⁊ ex duobus vel tribus spondilibꝰ qui sunt post thoracem. Ex permixtione vero horū omnium fere omnia que sunt intra peritoneon nu merantur: fortitudinē quidem ⁊ robur a permixtione que a dorsali accipientia sensus vero certitudinem super alia ab his que a cerebro.

¶ Et secunde ⁊c.] ¶ In tertia particula dicit ꝙ secundus ramus tertij paris neruorum orientium a cerebro exit a foramine existente in osse timporis ⁊ post eius egressum continuatur cum neruo deciso a pari quinto de quo statim agetur. ¶ Attende ꝙ iste ramus cū ramo secundo quinti paris tendit ad maxillam ⁊ ingreditur compositionem lati musculi ⁊ timporalium musculoꝝ.

¶ Et ramus ⁊c.] ¶ In quarta dicit primo ꝙ tertius ramus huius paris tertij ascendendo exit a foramine existente in orbita oculi a quo par secūdū neruorum orientiū a cerebro egreditur: q: debet implantari ⁊ distribui membris anterioribus faciei ⁊ non exit a foramine primi paris habentis in medio sui concauitatē sensibilem: q: comprimeret ⁊ coangustaret neruos dignissimos omnium: ⁊ per talem compressionem concauitas eorum que via est spirituū visibilium cooperiretur ⁊ clauderetur vel minueretur: q: nerui primi paris existentes valde molles facillime cedunt comprimentibus. Secundo dicit ꝙ iste tertius ramus cum separatur idest incipit diuidi post exitum eius a dicto foramine distribuitur in tres ramulos. Tertio dicit ꝙ primus horum ramulorum declinat ad partem lachrymalis idest anguli oculi: ⁊ distribuitur musculis timporum ⁊ musculis masticatorijs ⁊ musculis supercilij ⁊ frontis ⁊ palpebrarum. Quarto dicit ꝙ secundus ramulus transit per quoddā foramen cōmune ⁊ medium inter oculū ⁊ nasum tendens ad interiorem superficiem nasi ⁊ spargitur in tunica expansa intra nasum. Quinto dicit ꝙ tertius ramulus est magna pars rami tertij descendens in concauitate barcachi que facta est in osse maxille. ¶ Attende ꝙ barcahi ⁊ barcachi sunt idem: ⁊ in synonymis Auicenne barcahi exponitur ꝙ est meatus. Et primo colliget scribitur barbachi ⁊ exponitur ibi ꝙ est locus prope caudam oculi. Sexto dicit ꝙ iste ramulus tertius diuiditur in duos ramūculos. Unus transit ad interiores partes oris. Et vna pars implantatur dentibus ad dandum eis sensum ⁊ est manifesta sensui: alia vero pars eius est adeo minuta ⁊ diuisa ꝙ est quasi visui imperceptibilis ⁊ vna ipsius portio spargitur in gingiua superiore. Secundus ramunculus spargitur in superficie membrorum faciei ad prebendum ei sensum sicut in cute maxille ⁊ extremitatis nasi ⁊ labij superioris. Septimo dicit ꝙ iste sunt diuisiones rami tertij paris tertij neruorum ortorum a cerebro.

¶ Quartus ⁊c.] ¶ In quinta particula dicit ꝙ quartus ramus tertij paris neruorum orientium a cerebro exit a foramine existente in mādibula superiore ⁊ transiens ad linguam diuiditur in tunica ipsius manifesta dans ei sensū gustus ⁊ residuum rami huius diuiditur in thecis seu domunculis inferiorū dentium: ⁊ in gingiuis eorū ⁊ in labio inferiori. ¶ Attende ꝙ huius paris tertij distributionem meminit Galienus vndecimo de vtilitate particularum capitulo septimo dicens. Neruorum vero principium omnibus qui ꝫm faciem musculis tertia coniugatio est neruorum qui a cerebro: quinetiā alijs fere vniuersis que ꝫm eam particulis ⁊ apud temporales ⁊ masticatorios scilicet eos quidem qui sunt intus in ipso ore ⁊ dentiqꝫ omnibus ⁊ versus labia ⁊ nares ⁊ vniuersā q̄ est circa faciem cutim predicti nerui distributi sunt perforatis ipsis ossibus ⁊ locum prebentibus vbicunqꝫ vtiqꝫ impetum fecerit germinationum singula: hec Galienus.

d ¶ Quarti vero paris ⁊c.] ¶ In hac parte quarta prīo agit princeps de origine q̄rti paris neruorum orientium a cerebro dicens ꝙ origo quarti paris est post originem tertij sed declinat magis ad basī cerebri scilicē ad partem ipsius inferiorē.

Secūdo agit de mixtura incessu ⁊ officio huius paris dicens ꝙ istud par commiscetur tertio pari sicut dictum est in priori parte ⁊ postea separatur ab eo tendens ad palatū ⁊ dat ei sensum non solū tactus sed etiam gustus.

Tertio agit de quantitate ⁊ duricie huius paris dicens ꝙ istud par est paruū comparatione ad tertium: sed est eo durius q: palatum ⁊ panniculus ipsius quibus implantatur hoc par sunt duriores pāniculo lingue. ¶ Attende primo ꝙ istud par quartum dicit a Galieno quarta explantatio neruosa a cerebro ⁊ quarta coniugatio: quia est quarta in ordine incipiendo ab anteriori parte cerebri ⁊ non connumerando explantationem additamentorum mamillarum quibus fit odoratus eo ꝙ non est neruosa sed eiusdem substantie cum cerebro: dicit enim. Quartam autem eam numerant coniugationem approbati anatomicorum non connumerantes cum eis videlicet eam que ad nares: quoniam neqꝫ neruoꝝ explantatio est sicut reliquę neqꝫ excidit extra ab ossibus. Sed prima quidem eorum apophisis idest explantatio numeratur molles nerui oculorum: secunda autem motiui eorum qui circa ipsos. Tertia autem de qua nunc cessaui: hic incipit quidem vbi copulatur anterior pars cerebri: procedit autem per grossam miringam dede bifurcata fit: ⁊ abinde distribuitur ꝫm modū qui dictus est. Quarta vero coniugatio neruorum parum posterius his locata est: incipiens quidem ab ipsa basi magis q̄ꝫ priores. ¶ Attende secundo ꝙ istud quartum par vsqꝫ plurimum incedit permixtum tertio pari ⁊ deinde separatum implantatur in vnice partium omnium que sunt in palato. Juxta illud Galieni ibi. Prope inuicem autem existentibus explantationibus permiscetur quidem mox his que ꝫm tertiam coniugationem ⁊ post has vsqꝫ ad plurimum fertur: deinde discernitur ⁊ omnium que ꝫm palatum implantatur tunice. ¶ Attende tertio ꝙ istud par est paruum q: paucis implantatur partibus ⁊ exiguum est eius officium: ⁊ est magis durum q̄ꝫ sit tertium par. Tum quia explantatur a parte cerebri duriori. Tum quia implantatur panniculo magis duro. Juxta illud Galieni ibi. Parui vero sufficienter sunt hi nerui ⁊ parum duriores his qui ꝫm tertiam coniugationem. Propterea ꝙ ⁊ ipsa tunica que subungit os durior existit non lingua sola: sed etiam alijs fere omnibus que ꝫm faciē particulis. Propterea igitur ⁊ explantatio eorum ex paruū durioribus quidē est particulis cerebri q̄ꝫ ille que ꝫm tertiam coniugationem. Inquantum enim retro procedimus semper magis seipso durius inuenimus cerebrum. Sed ⁊ que sunt ꝫm basim eiꝰ partes alijs sunt duriores. Rationabiliter igitur quarta coniugatio neruorum: vt minus mollis fiat tertia non solum ex posterioribus partibus: sed ex basi cerebri magis q̄ꝫ illa processit.

e ¶ Sed vnumquodqꝫ paris ⁊c.] ¶ In hac parte quinta primo agit princeps de duplicitate ⁊ origine paris quinti neruorum orientium a cerebro. Secundo exequitur de parte prima cuiusqꝫ nerui ipsius dupli: ibi [Et pars qdē prima] Tertio de parte eius secunda: ibi [Sed secunda diuisio] Quarto dat causam quare sensus gustus fit in quarto pari neruorum ⁊ auditus in quinto: ibi [Gustus autem in quarto] Quinto reddit causam quare neruus vnicus sufficiens fuit musculis oculi ⁊ nerui fuerunt in musculis timporum multiplicati: ibi [Et neqꝫ oculi.]

¶ In prima particula dicit primo ꝙ vnumquodqꝫ impar quinti paris neruorum orientium a cerebro nascitur cum duobus medijs .i. exit bifurcatū cū duobus ramis a loco sue originis ꝫm formam nerui duplicati: immo multi illorum qui tractant de anatomia neruorum tenent ꝙ vnumquodqꝫ impar huius paris neruorum est per se par vnū. Scđo dicit ꝙ origo istius quinti paris est a duobus lateribus cerebri. ¶ Attende ꝙ istius paris originem ⁊ explanta

Text:

permiscetur: deinde ab eo separat ⁊ in quattuor ramis ramificatur. ¶ Unus ramus ab ingressu egreditur vene subetie quā postea nominabimus ⁊ descendendo super ceruicem vadit donec diafragma pertranseat ⁊ in visceribus que sunt sub diafragmate partitur. ¶ Et secunde quidem partis egressio est a foramine quod in osse existit timporis que cum egreditur cum neruo continuatur qui a quinto diuiditur pari: cuius modo nominabimus dispositionem. ¶ Et ramus tertius in foramen descendit a quo secundum egreditur par quoniā ipsius directio est ad membra in anterioribus faciei posita. Et neqꝫ fuit conueniens vt in penetratione primi paris ventrem habentis penetraret: quia nobiliori neruorum coangustationem faceret ⁊ ipsum comprimeret ⁊ via cooperiretur. Et hec quidem pars cum separatur in tres distribuitur sectiones. Quarū vna ad partē lachrymalis declinat ⁊ vadit ad musculos timporum ⁊ masticantium ⁊ supercilij: ⁊ frontis: ⁊ palpebre. Et pars secunda per foramen vadit apud oculos creatum; ⁊ inde ad nasi tendit interiorem superficiem ⁊ in tunicam spargitur que in interioribus nasi est expansa.

Pars quoqꝫ tertia est pars non parua in concauitate descendēs barcachi qui in osse maxille est facta. Et duobus ramificatur ramis. Unus vadit ad interiora concauitatis oris ⁊ in dentibus spargitur: sed illud quod inde pertinet dentibus est manifestum: quod vero inde alijs pertinet est visui sicut occultum ⁊ in gingiua etiam spargitur superiore. Alter autem ramus in membroꝝ spargitur superficiebus que sunt ibi sicut cutis maxille ⁊ extremitatis nasi ⁊ labij superioris. Hec qdē sunt sectiones partis tertie paris tertij. ¶ Quartus vero ramus tertij paris vadit penetrans a foramine suo quod in mandibula existit superiore ⁊ vadit ad linguam: ⁊ in eius manifesta diuiditur tunica: ⁊ tribuit ei sensum ipsi proprium qui est gustus. Et illud quod remanet in dentium tecis inferiorum ⁊ ipsorum gingiuis diuiditur: ⁊ in labio inferiori. Sꝫ pars que puenit ad linguā subtilior est q̄ꝫ neruus oculi: quoniam istius duriciem ⁊ illius mollicieꝫ temperant grossities illius ⁊ subtilitas istius.

insufficiēs primo qz est aliq̄ ꝟtus motiua que non mouet chordas: vt motiua musculi frontis. Juxta illud principis pmi pma doc.5.sum.2.c.3. Frons autē per musculuz tenuē dilatatum pāniculare mouetur ⁊ membro qd per ipsum mouetur absqz chorda obuiat: quoniaz illud quod per ipsuz mouetur est cutis dilatata lenis ⁊ mouere q̄le ipsuz est p chordam no est bonuz. Item laxatio chordax no est opatio virtutis motiue volūtarie: sz nāe chorde se reducentis ad tpatiorez ⁊ cōnaturalez situz cessante cā trahēte. Cuius rei signuz est ꝙ tpe somni ⁊ quietis chorde sunt laxe. Item mēbra aliq̄ mouent sine iūcturis vt oculi: labia ⁊ lingua. No ergo debuit dicere pp qd mouent mēbra ⁊ iuncture copulatiue: sz disiunctiue mēbra aut iuncture. Itē membra no solū mouētur per virtutē motiuā dilatatiōe ⁊ flexione: sicut cū brachia manus vel digitos extendimus: aut supra pedes ⁊ crura fixi stamus ⁊ erecti: imo ēt flexione pstrictiōe giratione: resupinatione: pnificatiōe: tractiōe: impulsione: vectione: ꝟtigine. Ad hec oia obiecta dici pōt ꝙ princeps no diffinit hic virtutē motiuā: sz declarat eam p opationes eius famosiores. Et si p descriptiōe suscipe velis. ¶ Ad primū dic ꝙ chorda hic capit extēso noie pro corpe villoso neruoso: licz ergo musculus frōtis no hēat chordā vnicaz ppie dictaz in cauda eius cōpositā ex filis neruox ⁊ ligamentox: hz tn̄ nerui villos vndiqz diffusos. Ad scdm dic ꝙ lz chorde relicte nāe sue se nāliter relaxent ⁊ reducāt ad situm mediū: qz tn̄ interdum est necessaria subita relaxatio: qn̄qz paulatiua: qn̄qz fortis: qn̄qz debilis necessaria est virtus dirigēs. Ad tertiuz dicit ꝙ a ꝟtute motiua mouentur mēbra ⁊ iuncture: sed non semper ambo simul: imo aliquando membra: ⁊ aliquando iuncture. Ad quartū dic ꝙ p dilatationē hic intelligit prin. oēm expāsionem mēbri qd mouet intus vel extra plicatione vel extēsione pne vel supine tractiōe: vel impulsiōe: vectione aut ꝟtigine. Et p fixionez firmaz seu stabilem iūcture positiōe. ¶ Querit vtruz ꝟtus motiua aialis sit aliq̄ ex ꝟtutibus occulte apphēsiuis. Hanc qōnez mouet Aristo.3.de aīa.tracta.4.c.1.dicens. De mouente aūt qd forte sit aīe speculāduz vtruz vna ps q̄dam ipsius sit separabilis: aut magnitudine aut rōne: aut oīs aīa: ⁊ si ps aliq̄ vtruz ppria q̄dam sit pter psuetas dici ⁊ dictas: aut hax vna aliq̄ sit. Videtur ꝙ sit oīs aīa: qz oīs aīa se hz ad cordus i triplici gn̄e cāe.s. efficiētis formalis ⁊ finalis: sz oē efficiēs est motiuū. Itez oīs virtus aīe est opationis initiuz: sed oīs opatio est motus. Item si aliq̄ virtutū aīe esset expers motus aīalis maxime de vegetatiua videret: sz ipsa pticipat sensu delectantiū ⁊ ptristātiuz ⁊ motu sequēte eum. Juxta illud Gal.lib.de sba nāliuz ꝟtutuz.c.5. Itaqz Plato mihi recte vz dicere sensum hēre plātas alienox ⁊ familiariū: vz ⁊ sm hoc aīalia puenienter vtiqz dici cū hoc ꝙ neqz eo q ex his motu priuant. ¶ Deinde arguit ꝙ sensus cōis est motiua virtus. Primo qz est principiū motionis spūuz ad membra. Scdo qz mouet fantasticā ꝟtutez. Est.n. fantasia motus a sensu sm actum facto: vt ait Aristo.2.de aīa.tex.161. ¶ Deīde arguit ꝙ sensus exteriores sunt motiua virtus: qz dolor est īmediata cā motus fuge ⁊ delectatio motus psecutionis: sed dolor ⁊ delectatio sunt passiōes sensuuz exteriox. Juxta illud.G.4.morbi.c.6. Delicia ꝟo ⁊ eius priuz in oībus sensibus fiūt non tn̄ equalr: qz in visu min° q̄z in aliis efficiunt. In tactu vero ⁊ gustu magis ceteris: post eos i odoratu ⁊ auditu. ¶ Deinde arguit ꝙ fantasia sit ꝟtus motiua per Aristo.3.de aīa.dicētē. Et multa est sm ipsam facere ⁊ pati hūtem. Itez dicit ibi. Et fantasia aūt cuz moueat no mouet sine appetitu: ⁊ ꝙ imaginatiua sit motiua Gal. testat lib.de moti.liq.c.7.dicens. Actio vero gn̄ationis instrox no fit a volūtate tm̄: sed sepius absqz volūtate obsequēdo ei ꝙ aīa format ⁊ imaginat: ⁊ expientia edocet: ꝙ qbusdam religiosis ꝟga erigit ex imaginatione circa venerea ipsis inuitis. Sz vr ꝙ sit cogitatiua: qz ipsa est q̄ discernit facienda a no faciēdis. Est ergo rectrix ⁊ directrix motuū aīaliuz. ¶ Deinde arguit ꝙ sit estimatiua: qz discernit amicū ab inimico: ⁊ fugiēdū a no fugiēdo: gra quox fiunt mot° aīaliuz. ¶ Deinde arguit ꝙ rō vel practicus intellectus sit motiua ꝟtus: qz oēs artes mechanice ⁊ virtutes morales qbus opa humana exercent sunt habitus ei°. Post hoc arguit ꝙ appetitus est virtus motiua: quia per se ⁊ īmediate fertur in bonū verum vel apparens ⁊ fugit a malo ⁊ nulluz aīal sine ipso mouetur absqz violentia. Juxta illud Aristote.tertio de aīa.tex.44. Nihil enim non appetens aut fugiens mouetur: sed aut violentia. Item dicit princeps primo cantice: cantico.93.de virtute vitali loquens. Soror aūt eius est illa qua aguntur actiones cuiuslibet agibilis sicut est amare aliquid ⁊ abere illud odio. Et Auer. in cōmento illius cañ. ait. Sed secūda ex virtutibus vitalibus est illa q̄ dicit irascibilis ⁊ concupiscibilis que amore vel odio excitat. Et ista virtus est causa quare homo agit aliquid in oī negocio: ergo appetitus est virtus motiua. ¶ Deinde aguitur ꝙ memoria ⁊ reminiscentia sint virtus motiua: qz virtutibus istis accedūt dietim animalia ad pascua inuenta meliora: ⁊ redeunt ad antra propria vel stabula. Et his virtutibus aīalia domesticant: recordantia eniz ꝙ vno modo agendo premiant: altero puniunt: redeunt ad actiones vnde premiat. ¶ Deinde arguitur ꝙ virtus motiua aīalis sit voluntas. Primo a noīe: quia cōmuniter dicit motiua voluntarie a voluntate. Item ipsa sola est que libere mouet vt vult ⁊ quādo vult: ⁊ vbi: ⁊ quo vult: ⁊ aliis renitentibus ⁊ inuitis puta rōne vel estimatiua vel sensuali appetitu mouet ⁊ ipsa nolente ⁊ cōtranitente nulla alia virtus hominis mouet corpus localiter ⁊ volūtarie. Post hec arguit ꝙ virtus motiua non sit vna virtus: sed plures ex dictis per Aristo. lib.de motibus aīalium capi.7.dicentez. Videmus autez mouentia animal intellectum ⁊ fantasiaz ⁊ electionem ⁊ voluntatem ⁊ concupiscentiam. Oppositum predictorum omniuz scz ꝙ virtus motiua sit vna specialis virtus ab omnibus predictis differens. ¶ Arguitur primo auctoritate Aristote. scdo de anima.tex.13.diuidentis viuere in viuere p intellectuz ⁊ per sensum: ⁊ per motū sm locum: ⁊ per motū sm alimentuz. Ait enim ibi. Multipliciter autē ipso viuere dicto ⁊ si vnum aliquod horum insit solum viuere ipsuz dicemus vt intellectus ⁊ sensus ⁊ motus ⁊ status sm locuz. Adhuc aūt motus sm alimentū ⁊ decrementuz ⁊ augmentum. Item dicit paulopost tex.

membrū ꝙ moueri debeat diuisionē habere: ptez motiuaz: partē fixaz: tale aūt est in iunctura. Tertio est intelligēduz ꝙ in cōparatione ad mēbrum ꝙ est principiū primū motus.s. cor: sunt quattuor instra necessaria ad hoc vt membrum moueat motu volūtario pgressiuo: quox vnum est via per quā transmittit virtus motiua ad membrū ꝙ moueri dz que est neruus. Et cā huius est qz mouere est agere ⁊ no pati: modo principale agens non pōt agere in passium nisi mediāte agente instrali: ⁊ maxime si lōginqum sit a passo: qz igitur cor primuz mouēs existens maxime remotuz erat a mēbro ꝙ moueri debebat: no potuit illud mouere nisi mediāte instro: ꝙ est calor motiu°: pp qd necessariuz fuit calorem illius ad mēbra debentia moueri trāsmitti: no potuit aūt trāsmitti: nisi esset quedā via illū deferens: talis aūt est neruus. Scdz ꝙ est necessariū est: qz opz esse quoddā mēbruz in quo virtus motiua pmaneat tanq̄z in quodam pticulari

De partibus

26. Anima est horum que dicta sunt principiuz ⁊ his determinata est vegetatiuo: sensitiuo: intellectiuo: motiuo. Et iteruz paucis interpositis dicit tex.27. Potentias autem dicimus vegetatiuuz: sensitiuuz: appetitiuuz: motiuum sm locum intellectiuū. In his passibus oībus manifeste numerat virtutem motiuam vt a ceteris distinctam. Scdo auctoritate Gal.lib.de virtutibus dispēsantibus corpus humanuz.c.1.dicentis. Ex capite qdem prouenire eaz virtutem qua rōcinamur ⁊ memoramur ⁊ sentimus ⁊ de loco ad locum permutamur. Item tertio morbi capi.3.ad principiuz dicit. Actionis animate alia sentit: alia mouet: ⁊ alia regit ⁊ ordinat. Item postq̄z Gal. quarto morbi egit de causis accidentiū sensitiue virtutis determinat in quinto eius de causis accidentium virtutis motiue. Et tn̄ fine quinti de causis accidentium virtutis regitiue: sub qua comprehendit omnes virtutes occulte apprehēsiuas: ⁊ i sexto de causis accidentiū naturalis virtutis ex hoc palam innuens ꝙ motiua virtus est a ceteris distincta. Item loco ⁊ subiecto separatur ab apprehensiuis: quia omnes apprehensiue sunt in cerebro sm Galie. ⁊ sequaces eius ⁊ in corde sm Aristote. sed virtus motiua est in musculis aut neruis. Item actu ⁊ obiecto differt a ceteris. Actu quidem: quia eius solius est immediate mouere localiter volontarie corpus animalis aut partes eius. Obiecto vero quia obiectum ipsius est mobile voluntarie: puta corpus animalis vel pars ipsius. Item voluntaria virtus ledi potest ceteris manentibus illesis vt apparet in tremore ⁊ alie ledi possunt ipsa non lesa: vt apparet in freneticis ⁊ maniacis in quibus motiua virtus aliquando fortior apparet q̄z in sanis. Ad hanc dubitationez primo ponetur responsio Aristote. sub sex ppositionibus. Prima propositio est. Virtus motiua voluntarie non est vegetatiua. Cuius ratio est quia motus voluntarius semper fit propter finem apprehensum a particulari mouente ⁊ semper fit cuz fantasia vel appetitu ⁊ plante carent ea. Juxta illud Aristote. tertio de anima.tex.44. Sed de motu sm locum quid mouens animal sm processiuum motum consideranduz est. Quod quidez igit non vegetatiua potentia manifestuz est: semp.n. propter aliqd motus h ⁊ aut cuz fantasia aut cuz appetitu est. Nihil eniz non appetens aut fugiens mouetur: sed aut violentia. Amplius ⁊ plante vtiqz essent motiue ⁊ vtiqz haberent aliquaz partem organicam ad motum hunc. Scda propositio est: Virtus motiua voluntarie no est virtus sensitiua probat: qz multa sunt aīalia sensuz habentia sine motiua virtute sicut animalia terre aut petris affixa carent eniz organicis partibus processiui motus que natura non negasset eis si ipsis forent necessaria. Juxta illud Ari.3.de aīa.tex.45. Silr autez neqz sensitiuuz. Multa.n. sunt aīalium que sensum quidem hñt manentia autem ⁊ īmobilia sunt propter finez si igitur natura nihil facit frustra neqz deficit in necessariis: nisi in orbitatibus ⁊ in impfectis: hmōi aūt aīaliuz pfecta ⁊ no orbitates sunt. Signuz aūt qz generatiua sunt ⁊ augmentū hñtia: ⁊ decrementū q̄re ⁊ hñt vtiqz ptes organicas pcessionis. ¶ Tertia ppō est. Virtus motiua volūtarie no est itellus speculatiuus neqz practicus qui ratio dz. Probat qz speculatiuus itellectus nihil determinat de fugibili ⁊ psequibili: ⁊ motus volūtarius semp est aut fugiētis aut psequentis: ⁊ si ptemplet aliqd fugienduz vel psequenduz: non tn̄ pcipit prosequi vel fugere. Et si intellectus prius speculatiuus extēsione sui ad opus practicus fiat ⁊ pcipiat fugere a nocitiuo ⁊ psequi iuuatiuū: sepe tn̄ no mouetur hō sm preceptū eius: imo sm appetitū vt rō incōtinentis dissuadet adulterium ad qd mouet appetitus. Juxta illud Aristo.3.de aīa.tex.46. At ꝟo neqz rōcinatiua ⁊ vocatus intellectus est mouens. Speculatiuus qdem.n. nihil speculat actuale.i. agibile neqz dicit de fugibili ⁊ psequibili: semp aūt motus aut fugiētis aut psequētis aliqd. Sz neqz cuz speculat aliqd fuerit huius iam precipit aut prosequi aut fugere: puta multotiens intelligit terribile: aliquid aūt delectabile non iubet aūt timere: sed cor mouet supple ad timorez. Si aūt delectabile altera aliqua pars mouetur supple ad delectationez: scz epar sm Platonem vel genitalia sm alios. Amplius extendente se intellectu ⁊ dicente intelligentia aut fugere aliquid aut psequi non mouet: sed sm cōcupiscentiam agit vt incontinens. ¶ Quarta ppositio est. Virtus motiua volūtarie no est appetitus tantū. Probat: qz viri religiosi ⁊ continentes sepe appetunt venereos actus ⁊ epulari laute ⁊ splendide ⁊ abunde bibere: non tamen sequūtur desideria sua: sed parent rationi. Juxta illud Aristo.3.de aīa.tex.48. At vero neqz appetitus huius motus dn̄s est. Abstinentes enim appetentes ⁊ concupiscentes non operant quox habent appetitū: sed sequuntur intellectum. ¶ Quinta ppositio est. Motus voluntarius videt esse operatio appetitus ⁊ intellectus practici vel opatio appetitus ⁊ fantasie. Juxta illud Arist.3.de aīa.tex.49. Videntur aūt duo hec mouentia appetitus ⁊ intellectus. Si nāqz non tria erunt mouentia appetitus intellectus ⁊ fantasia: si aliqs fantasiā posuerit sicut intelligentiā quandā. Multa.n. preter sciam sequuntur fantasias. Et in aliis aīalibus non intelligentia: neqz ratio est sed fantasia. Utraqz ergo hec motiua sm locuz intellectus ⁊ appetitus. Intellectus aūt qui propter aliquid ratiocinatur: ⁊ qui practicus est. ¶ Attende primo ꝙ Aristo. in hoc passu p fantasiam intelligit estimatiuam: ⁊ hoc innuit cum dicit. Si aliquis fantasiam posuerit sicut intelligentiam quandam boni ⁊ mali.s. prosequendi ⁊ fugiendi. ¶ Attende scdo ꝙ triplex est appetitus. Quidaz naturalis in oībus vegetabilibus inuentus. Alius sensualis.s. irascibilis ⁊ concupiscibilis cōis brutis ⁊ hoībus. Alius rationalis hoībus pprius.s. voluntas. ¶ Attende tertio ꝙ virtutum concurrentium ad motum processiuū aīaliuz due sunt que decernunt motum.s. ratio ⁊ estimatiua. Ratio quidē discursu quodā. Estimatiua ꝟo prima facie ex instinctu sine discursu. Et due que exequuntur ⁊ efficiunt motū: vz appetitus sensualis ⁊ volūtas: ⁊ hoc intendebat Aristo. in hac ppositione. ¶ Sexta ppositio est. Appetitus ⁊ intellectus vel appetitus ⁊ fantasia non sunt cā voluntarii motus vt duo motores specie distincti: sed vt vnus motor. Probatur qz intellectus non mouet sm ꝙ intelligit: sed sm ꝙ desiderat delectabile apprehensum per ipsuz: mouet ergo per desideriū. Et ideo manifestuz

est ꝙ

culari principio: ⁊ illud est musculus. Et cā est: qꝛ non expedit vt semp secun da mouētia moueāt presente primo mouente: ⁊ hoc ideo ne occupatio fiat in primo mouēte: neqʒ ēt in scdis. Naʒ scđm Ari. in de cā motus aīaliuʒ: sic est de ꝯstōne corpis sicut est de ciuitate bene legibus recta: sʒ sic est in illa ꝙ in agēdis officijs nō semp opʒ monarcaʒ ciuitatis pñtem existere: a principio. n. ordina/ uit vt qlibʒ faceret officia ꝓprie necessaria ad cōeʒ vtilitatem: ⁊ sic ēt in ꝯstōne corpis a principio ordinati fuerūt musculi vt officiales in mouendo ꝓter ꝙ sit pñtia alicuius trāsmissi a corde: vnde ipsi vocati sunt mēbruʒ mobile ex se: qꝛ hñt ꝑtes mouentes: qꝛ caloreʒ: ⁊ ꝑteʒ motaʒ vt eoꝝ sbam: ⁊ nulluʒ aliud mem bruʒ potuit hoc hr̃e: qꝛ neqʒ chorda: neqʒ neruus: neqʒ caro: neqʒ os: vt decla/

Jacobus

est ꝙ potētia aīe que vocaꝛ appetitus mouet volūtarie: sic ꝙ facit īpetum ad motuʒ: sʒ practicus ītellectus vel fantasia ꝑ spēm appetibilis apphēsaʒ decer/ nit motū. Juxta illud Ari. 3. de aīa. tex. 50. Fantasia aūt cū moueat nō mouet sine appetitu. Unū igiꝛ qddaʒ mouēs qđ appetibile. Et in trāslatiōe ab arabi co hr̃. Motor igiꝛ vnus est. s. desiderās. Deinde paucis interpositis dicit Ari. tex. 52. Qđ qdeʒ igiꝛ huiꝰ potētia mouet aīe q̄ vocaꝛ appetitus manifestuʒ est. Et iteꝝ postea dicit tex. 56. Oīno qdeʒ igiꝛ sicut ꝑdcm̄ est inq̄ʒtū appetitiuum aīal: sic ipsius motiuū est. Appetitiuū aūt nō sine fantasia. Fantasia aūt oīs rō/ nalis aut sensibilis est. Hec ē Arist. snīa sup ꝟtute motiua. ❡ Ex qua pᵒ elici pōt ꝙ eadē ꝟtus in sba est intellectiua practica appetiua ⁊ motiua volūtarie. Et r̃i practicus intellectꝰ sʒ ꝙ apphēdit aliqd fugibile vel delectabile. Et ap petitꝰ sm ꝙ ꝑ desideriū cōcupiscit aut timet illud. Et ꝟtus motiua volūtarie sm ꝙ mouet corpus vel aliqđ mēbruʒ ad ꝓsecutionē aut fugam illius. Scđo elici pōt ꝙ ꝟtus motiua volūtarie necīo ꝑsupposuit appetitiuā et appetitiua aīalis practicū intellectū aut extimatiuaʒ: qꝛ appetitus nō ferꝛ in icognituʒ: sʒ nō ecōuerso. Ueꝝ Auer. 2. colꝛ. c. 18. vr̃ sentire ꝙ ꝯcupiscibilis virtus ꝑcedit in ope extimatiuā. Deinde ꝯfirmaꝛ apud estimatiuā vel rōneʒ ꝯsiliuʒ. Ait. n. ibi. Et dicimꝰ ꝙ ꝟtus q̄ facit mouere aīal hec est imaginatiua vel estimatiua: qñ ꝑcessit ꝟtus ꝯcupiscibilis. Et postea ibi ꝯfirmatū est ꝯsiliuʒ vel rō ꝑꝑ repñta/ tioneʒ rei imaginate vel estimate. Sʒ ei nō credo qꝛ sibimet ꝯ̄dicere vr̃ eodeʒ ca. dicēs. Et hec est virtus volūtaria quā ꝑcedit imaginatiua: vel estimatiua. ⁊ ꝯfirmatio ꝯsilij. Tertio pōt elici rñsio ad q̄situʒ sm Aristo. s. ꝙ ꝟtus motiua aīalis sm sbaʒ est aliq̄ ex ꝟtutibus occulte apphēsiuis: differēs tñ ab eis oībꝰ sm esse ⁊ rōneʒ: qꝛ hʒ actuʒ ꝓpriū. s. facere īpetuʒ ad motuʒ volūtariuʒ ⁊ obie ctuʒ ꝓpriuʒ. s. fugibile aut ꝓseqbile. Sʒ rñsio breuior: iuxta mētē Ga. ⁊ seq̄ciū eiꝰ ē ꝙ ꝟtus motiua aīalis nō est aliq̄ ex ꝟtutibꝰ occulte apphēsiuis: qꝛ opatio nes illaꝝ īmanent cerebro ⁊ istius opationes trāseūt in mēbra: ⁊ hec ledi pōt alijs nō lesis ⁊ ecōuerso. Et aliter seruaꝛ sanitas huiꝰ ⁊ illaꝝ. Et alijs instr̃is vti tur hec q̄ʒ ille. Jd ēt ꝓbāt rōnes post oppositū. ❡ Ad rōnes añ oppositū. Ad primā dic ꝙ aīa mouet corpus ꝑ potētiaʒ motiuā. Ad ꝯfirmationem ꝯcede ꝙ oīs virtus aīe mouet: sʒ nō motu ꝓcessiuo. Ad ꝯfirmatiōeʒ aliaʒ de ꝟtute vege tatiua dic silr̃. Ad scđaʒ rōnem de sensu cōi ⁊ ad ꝯfirmationē eius. Dic ꝙ mo tus spūum sensitiuoꝝ a sensu cōi ad organa sensuū exterioꝝ ⁊ motus fantasie a sensu cōi nō sunt motus ꝓcessiui aīaliuʒ de qbꝰ hic agiꝛ sm quos diuiditur aīal mobile ingressibile volatile: natatile: ⁊ reptile. Ad tertiaʒ de sensibus ex terioribus dic nō mouēt volūtarie: sʒ potius sunt ꝟtutes. 3. passiue: sunt tñ cā mouēdi: qꝛ ꝑcipiūt ꝯtristātia ⁊ delectātia. Ad q̄rtaʒ dic ꝙ fantasia nō mouet volūtarie sm ꝙ est thesaurus formaꝝ sensataꝝ: sʒ sm ꝙ ꝓ estimatiua accipiꝛ: ꝯcediꝛ ꝙ mouet ad sensuʒ dcm̄: qꝛ ex amicitia vel inimicitia elicita decernit esse mouēduʒ ꝓsecutiōe vel fuga. Ad q̄ntaʒ ꝯcede ꝙ ex imaginatiua fiūt aliq motus: sʒ nō ꝓcessiui sicut erectio ꝟge ex imaginatiōe circa venerea ⁊ sincopis ex imaginatiōe circa atrocia vulnera ⁊ hyatus ex imaginatiōe circa hyantes. Et hi sunt medij inter volūtarios ⁊ nāles: vel sunt simplr̃ inuolūtarij. Juxta illud Ari. lib. de motibus aīa. c. vltio. Mouenꝛ aūt ⁊ aliqbꝰ inuolūtarijs mo tibus qdeʒ ꝑtiuʒ: plimis aūt nō volūtarijs. Dico aūt inuolūtarios: vt puta eū q cordis ⁊ eū qui pudēdi. Multotiēs. n. appente aliquo: nō tñ iubēte intelle/ ctu mouenꝛ. Nō volūtarios aūt vt puta sōnuʒ ⁊ vigiliā ⁊ respirationeʒ ⁊ qui/ cūqʒ alij tales sunt. Nullius. n. hoꝝ dñs simplr̃ est: neqʒ fantasia: neqʒ appetitꝰ: hec Arist. Ad sextā ꝯcede de cogitatiua discursiua ꝙ facit ad motū decernē do euʒ: vt practicus intellectus. Ad septimā ꝯcede ꝙ estimatiua silr̃ opaꝛ ad motuʒ vt discernēs ipsuʒ. Jdeʒ dic ad octauā de rōne seu practico intellectu. Ad nonā ꝯcede ꝙ appetitꝰ facit impetū ad motū ⁊ est mouēs īmediatū pre/ uio decreto practici intellectus vel estimatiue. Ad decimā de memoria ⁊ re/ miniscētia ꝯcede ꝙ sunt cāe occasionales fugiēdi ab aliqbꝰ ⁊ ꝓsequēdi: sʒ nō mouēt ꝓcessiue. Ad vndecimā de volūtate dr̃ sicut de appetitu ꝙ facit īpetū ad motū ⁊ est mouēs īmediatuʒ ⁊ prin. mouētiuʒ cui cetera obediūt. Ad duo decimā ꝙ intellectꝰ: fantasia: electio: volūtas ⁊ ꝯcupiscētia mouēt aīalia: dic ꝙ hec oīa reducunꝛ in ītellectū ⁊ appetitū. Juxta illud Aristo. c. ibi allegato. Hec aūt oīa reducunꝛ in intellectū ⁊ appetitū. Etenim fantasia ⁊ sensus ītel/ lectiui eūdeʒ locuʒ hñt iudicatiua. n. oīa: voluptas aūt ⁊ ira ⁊ ꝯcupiscētia oīa appetitus: electio aūt cōis intellectui ⁊ appetitui. ❡ Queriꝛ scđo ī quo ē sbie ctiue motiua virtus: vr̃ ꝙ in bono appetibili: qꝛ ipsuʒ est qđ mouet ⁊ non mo uetꝛ. Alia ꝟo q̄ mouēt vt intellectus practicꝰ ⁊ appetitꝰ mouēt vt ꝑmota a di/ cto bono. Juxta illud Arist. 3. de aīa. tex. 54. Spē quidē igiꝛ vnuʒ erit mouēs appetibile aut appetitiuū. Primū aūt oīuʒ appetibile hoc. n. mouet cū nō mo ueꝛ eo ꝙ sit ītellectū aut imaginatū. Mouēs aūt duplex. Aliud qdē īmobile. Aliud aūt ꝙ moueꝛ. Est aūt īmobile qdeʒ actuale bonū. Mouēs aūt ⁊ quod moueꝛ appetitꝰ. ❡ Deinde arguiꝛ ꝙ nusq̄ʒ sit velut ī organo aut in sbo. Uo/ lōtas est virtus motiua ⁊ intellectꝰ vt ꝑmissuʒ est: sʒ ꝟtutes iste sepate esse vñr ⁊ īmixte sic antea dcm̄ est de ītellectibus poss ⁊ agēte cuʒ sint ꝑtātes aīe rōna/ lis sic illi ītellectus. ❡ Deīde arguiꝛ ꝙ sit in corde ꝑ Arist. 3. de ꝑtibus aīa. c. 4. de corde dicēteʒ. Et est ꝑmuʒ ꝑncipiū motuū reꝝ delectabiliū ⁊ offensibiliū Et ꝑ Auer. 2. colꝛ. c. 18. vbi ait. Sʒ Arist. sentit ꝙ cerebruʒ sit seruitor cordis in hac opatione ⁊ ꝙ origo istius caloris quo sit motus est in corde. Et hoc pōt vi deri manifeste ꝙ veꝝ est: qꝛ tu vides ꝙ nasciꝛ in corpe iter agentis qñ vadit q̄ nō fuerat ⁊ illud mēbruʒ a quo nasciꝛ in corpe calor ⁊ vadit ad totū corpus ē cor. Et ꝑꝑea qñ accidit hōi aliqd qđ terre at ipsuʒ redit calor ad cor ⁊ tremūt crura: ⁊ pōt esse ꝙ cadit hō aut nō pōt moueri. Ergo pʒ ꝙ prima virtus regi tiua in hoc motu ⁊ illud qđ mēsurat caloreʒ in q̄ʒtitate ⁊ q̄litate est de necees/ sitate ī corde. Et adhuc ꝙ Gaꝛ. ⁊ oēs alij medici cōfitenꝛ: ꝙ virtus volūtaria est in corde. Et si ita est ⁊ appʒ ꝙ aīalia nō mouenꝛ nisi volūtarie: ergo hec vir tus est in corde ⁊ cerebrū eius seruiēs est ī donādo ei temperantiā: hec Auer. ❡ Deinde arguiꝛ ꝙ sit in epate qꝛ ꝯcupiscitiua ꝟtus est ī eo sicut prius alleg. est ex Plone ⁊ Gaꝛ. sʒ hec ipsa est appetitus de q̄ dicit aristo. 3. de aīa. tex. 44. Qđ qdē igiꝛ mouetꝰ potētia aīe q̄ vocaꝛ appetitus manifestū est. ❡ Postea ar/

ratuʒ est ab Auer. in scđo sui colliget. Tertiuʒ qđ est necessariuū est chorda: vt per ipsaʒ possit cōiungi musculus mouēs mēbro mobili. Quartuʒ ꝙ est neces/ sariuʒ est mēbruʒ qđ moueri dʒ: ⁊ illud est iunctura que est bene mobilis. Pro pterea: ꝙ diuisioneʒ hʒ in ꝑteʒ fixaʒ ⁊ ꝑteʒ motaʒ: ⁊ hec oīa q̄ttuor tangit Aui. in lr̃a: primuʒ tāgit duʒ dicit ⁊ eius qdeʒ penetratio est in neruis. Scđʒ cū dic̄ q cuʒ lacertis sunt ꝯtinui. Tertiuʒ cū dicit q̄ chordas ꝯ̄hit ⁊ laxat: q̄rtū cuʒ dic̄ ꝑꝑ ꝙ mouenꝛ mēbra ⁊ iuncture. Sʒ est aduertēduʒ ꝙ ista instr̃a dicta nō req/ runꝛ in oī motu locali: sʒ solū in illo q ꝓgressiuus est: q est de vno toto loco ad vnū totuʒ locū: siue sit totius corpis aīalis siue alicuius mēbri: vt manus: ⁊ pe dis: ⁊ ꝑ hoc sepaꝛ motus iste a motu dilatatiuo ⁊ ꝯstrictiuo: qui fit ī animali/

De partibus

guiꝛ ꝙ sit in spū ꝑ aristo. lib. de mo. aīaliuʒ ca. 13. dicentē. Qm̄ aūt primū his q/ deʒ in corde his aūt in ꝓportionali ꝑꝑ h̄ ⁊ spūs cōplantatꝰ hic vr̃ exñs. Uideꝛ aūt bñ nāliter hñs ad hoc ꝙ sit motiuū ⁊ exhibeat virtutē: opa aūt motus pul sio ⁊ tractio q̄re opʒ organū augeri posse ⁊ breuiari: talis aūt est spūs nā: eteni sine violētia corrupta ⁊ tractiua ⁊ pulsiua ꝑꝑ eādē cām ⁊ hʒ g̃uitateʒ ad ignea ⁊ leuitatatē ad ꝯ̄ria. Sʒ ꝙ sit diffusa ꝑ totū aīal ex hoc arguiꝛ qꝛ sensus tactus toti aīali inest. Nā ꝑ ipsuʒ hʒ aīal ꝙ sit aīal. Sʒ ad sensuʒ tactꝰ necessario seqꝛ appetitus cuiꝰ ē mouere. Juxta illđ Ari. 2. de aīa. tex. 27. Si aūt sensitiuū ⁊ ap petitiuū. Appetitus qdē. n. desideriū ⁊ ira ⁊ voluptas sunt: aīalia aūt oīa hñt vnū sensum tactū. Cui aūt sensus inest huic ⁊ letitia ⁊ tristitia ⁊ dulce ⁊ triste: qbꝰ aūt hec ⁊ ꝯcupiscētia: delectabilis. n. appetitus hec est. Qđ aūt sit in ner/ uis arguiꝛ: qꝛ ad hoc facti sūt vt ꝑ eos mēbra habeāt sensuʒ ⁊ motū: vt ait ꝑn. primi pᵃ doc. 5. c. singulari de mēbris. Sʒ ꝙ sit in musculis ꝓbaꝛ ꝑ. G. 1. iterio. vbi ait. Dico g̃ ꝙ oīs volūtarius motus nō fit nisi cū lacerto ⁊ nullus neruꝰ h̄ pōt opari nisi cū cōmixtione lacerti: sic g̃ oculus est organū visiue ꝟtutis sic mo tiue musculꝰ. Deīde arguiꝛ ꝙ sit ī chordis ꝑ. G. 12. de vti. ꝑti. vbi ait. Tenō. n. ipsuʒ primū est motꝰ organū: musculus ꝟo ꝯ̄tiationis huiꝰ grā factus est: ⁊ est tenō grece chorda latine. Sʒ ꝙ sit originalr̃ in cerebro Gaꝛ. expsse determinat lib. de virtu. dispēsantibus corpus humanū. Ait. n. ibi cap. 1. a capite ꝓuenire virtutē q̄ de loco ad locū ꝑmutamur. Et ca. 3. libri illiꝰ ait. Oēs ꝟo ꝑticule cor poris a cerebro hñt sensuʒ ⁊ motū. Et iteꝝ dicit ca. 4. cerebꝝ īmediate ꝑncipa ri. sentiētibus aīalis ꝑticulis ⁊ eis q̄ mouenꝛ sʒ īpetū. Hec mā supius ꝑtiʒ dis/ cussa est sup. c. singulari de mēbris. Primo in qōne q̄ querebaꝛ vtrū neruus sit instr̃m sensus. Scđo in qōne q̄ q̄rebaꝛ vtrū cerebrū sit primū ꝑncipiū sensus ⁊ motꝰ volūtarij. Sʒ hic ꝑticularꝰ determiabiꝛ: ad declaratiōeʒ ꝟtutis motiue singulariter ⁊ spāl̃r de q̄ hic agiꝛ. ❡ Attēde g̃ ꝙ motiua ꝟtus triplex hʒ esse in Unū in ꝑncipio pᵒ ⁊ eiꝰ fonte. Aliud ī vehiculo. Aliđ ī organo: queadmoduʒ visiua ꝟtꝰ est ī añriori vētriculo cerebri velut ī fonte ⁊ ī spū visiuo velut ī vehi culo ⁊ ī oculo sic ī organo ꝓprio. Hoc ꝑmisso dic ꝑmo sʒ Ari. ꝙ motiua ꝟtus est ī corde velut ī fonte eiꝰ ⁊ ꝑncipio pᵒ: ꝓbaꝛ ꝑ allegata in tertia rōne. Dic se cūdo ꝙ motiua ꝟtus ē ī spū sic in vehiculo: ꝓbaꝛ ꝑ allegata ex libro đ motibꝰ aīa. Aristo. in. 5ᵃ. rōne. Dic tertio ꝙ motiua ꝟtus ē in nā neruoꝝ ⁊ ossiuʒ vt in instr̃is vel organis motꝰ. Juxta illud Arist. lib. de motibꝰ aīa. ca. 9. Queadmōʒ auteʒ anatomata idest artificialia mouentur modico motu facto solutis scre/ blis. i. vinculis ⁊ pellētibꝰ inuicē screblas ⁊ currus sic ⁊ aīalia mouenꝛ: hñt. n. organa talia eā q̄ neruoꝝ nām ⁊ eā q̄ ossium: hec qdeʒ. s. ossa vt ibi lignū ⁊ fer ruʒ. Nerui aut vt screble. i. vincula qbus solutis ⁊ remissis mouenꝛ. Cuʒ dcā opinione Arist. ꝯcordat Auer. quo ad ꝑmuʒ dcm̄: sʒ quo ad scđm loco spiritꝰ noīat caloreʒ nāleʒ: ⁊ quo ad tertiū loco nāe neruoꝝ ⁊ ossiuʒ noīat musculuʒ. Ait aūt scđo colꝛ. c. 18. Jmpolē est pᵒ motoreʒ ī aīali vt sit sine mā: ergo necesse est speculari qđ sit hoc pᵐ corporis: ⁊ appʒ ꝙ sit calor nālis q est in nobis Et tu vides ꝙ qñ infrigidanꝛ mēbra eoꝝ motus ꝑuanꝛ. Et ꝓpe finē illius capli ait. Et appʒ sensui ꝙ in corpe nō est mēbrum qđ cōicet toti corpi ⁊ sit mobile nisi cor. Ergo ꝟtus volūtaria cōis est in corde h̄ est in musculo q est ī eo: ⁊ ꝟtutes ꝑticulares volūtarie sunt in quolibʒ musculo ꝑticulariū musculoꝝ: sicut vide mus ꝙ motus cōis vitalis aīaliuʒ q est inspiratio ⁊ respiratio hʒ ꝑncipiū a cor de. Et iste motꝰ est ꝯiūctus motui expiratiōis pulsatilis: hec Auer. Jn quibus deuiat a medicis ⁊ a ꝟo. Primo ī h̄ ꝙ ponit cor volūtarie moueri. Scđo in h̄ ꝙ ponit ī eo musculū. Tertio in h̄ ꝙ cōparat motū anhelitꝰ motui cordis: ac si ꝓcederēt ab eadē ꝟtute ꝙ nō ē veꝝ: īmo motꝰ anhelitꝰ est volūtariꝰ: cordis ꝟo nō. Et qꝛ Aristo. ⁊ auer. in hac positiōe salteʒ quo ad ꝑmuʒ ꝯtradicūt medicis ⁊ his q̄ ad sensum magis appent relictis ipsis solviꝛ questio iuxta mēteʒ Gaꝛ. ꝑ sequētes ꝯclōnes. Prima est. Uirtus motiua volūtarie est ī cerebro vt ī fon te ⁊ ꝑmo ipsius ꝑncipio. Juxta illud Gaꝛ. 1. de motibus liqdis ca. 1. distin. ꝑ. Primū igiꝛ membrū ac ꝑncipiū vniuersa qdeʒ mēbra mouēs corpis aīalis mo tu volūtario cerebrū existit. Probaꝛ qꝛ ab ipso ramificaꝛ gradatiʒ tota arbor mēbroꝝ volūtarij motus: cuiꝰ radix est cerebrum trūcus nucha rami nerui in/ de orti ramuli neruuli orti a neruis. Jtem sanitas motuū voluntarioꝝ ⁊ ipso/ rum tēperata fortitudo seqtur incolumitatē cerebri ⁊ ortoꝝ ab eo. Jtē lesiōes motuuʒ in plus vel minus debito fieri sequunꝛ lesiones cerebri īmediate: vel ortorum ab eo. Juxta illud Gaꝛ. 13. de ingenio sanitatis ca. 15. Jn cerebro aūt est virtus regitiua virtutis anime. Unde si materia cerebro dominans frigi/ da fuerit sensum ⁊ motum amputabit. Si aūt calida memoriaʒ corrumpet ⁊ nimiū faciet motū. Jteʒ scissa vel ꝯstricta arbore mēbroꝝ motus ī aliq̄ ꝑte mo tū ꝑire inuenies a loco scissure infeririꝰ ⁊ saluari a dcō loco supius ꝟsus cere/ brū: ibi ergo est radix motus. Juxta illud Gaꝛ. 1. de moti. liq. c. 1. Postq̄ʒ auteʒ anatomici motū lacertoꝝ strictis arterijs ac venis ī suo manere statu cōprehē derūt ipsumqʒ strictis neruis īpediri ꝙ ad lacertos ꝟtus dirigiꝛ a neruis aliq̄ ꝑ q̄ʒ actio eoꝝ iudicarūt. Deīde iuxta hāc viaʒ inqsierūt diligēter an actio hec insit neruis ex sua subantia ⁊ natura: an supra neruos sit aliquod membrum quod neruis virtuteʒ motus exhibeat sicut lacertis exhibere viderūt. Adhe/ rentes aūt neruis eosqʒ precidentes sectionem eorum superioreʒ in sua motꝰ ac sensus habitudine ꝑsistere deprehenderūt: inferiorem aūt a loco sectionis sensu ac motu priuari. Ex hoc itaqʒ ꝙ eis apparuit virtuteʒ motus ad neruos ēt ab alio mēbro transmitti ex supiori ꝯiecerunt. Prospiciētes igiꝛ primaʒ ner uorum originē eamqʒ indagantes quosdaʒ eoꝝ oriri a nucha: quosdaʒ a cere/ bro deprehenderūt. Abscindentes siqdem nuchā deprehēderūt ꝙ ab inferio ri parte sectionis nō trāsmittiꝛ virtus ad neruos qbus virtus oriꝛ: que prius transmittebaꝛ ante abscissionē. Et a supiori sectione que est sup abscissionem que prius trāsmitttebaꝛ trāsmittiꝛ: iudicauerūt g̃ ꝟtuteʒ motꝰ ad neruos a ce rebro trāsmitti: hec Gaꝛ. Jteʒ diminuto vel radicitus ablato motu volūtario sicut in lethargia ⁊ apoplexia post purgationes vl̃es ⁊ diuersiōes remedia lo calia nō applicanꝛ sup regioneʒ cordis: sed cerebri. Juxta illud Gaꝛ. 3. de in genio sanitatis. c. 15. irridētis ⁊ yronice reprehendentis quendā ex secta atha nei ⁊ Aristo. Proinde semel videns quēdaʒ ex secta Athanei caput cuiusdaʒ

bus terre affixis: vt in aialibus marinis: ꝛ filibus. Scdo est aduertendū ꝙ et si sint qdaz aialia que moueant motu locali progressiuo: sicut musca: apes: ꝛ silia: in quibus ista non apparent: est tn̄ dicere ꝙ in eis sunt quedaz istis pro portionalia. Circa scdaz ptem est intelligendū ꝙ principia motus sunt multi plicia: vnuz est ꝙ hz rōnem mouentis: sz non moti: vt appetibile extrinsecuz: ꝙ a nullo mouet: vnde dicebat Arist. in tertio de aia: ꝙ appetibile est primū mouēs qd bonum est vel apparēs bonuz. Aliud est ꝙ habz rōnez mouentis ꝛ moti: ꝛ illud est duplex: vnuz est ꝙ hz rōnez mouē tis ꝛ moti in alio gn̄e mo tus a genere motus localis

Et eius quidez penetratio est in neruis qui sunt cum lacertis ꝯtinui. Et est genus quod fm specificationez prin

q: in gn̄e alterationis sicut spēs appetibilis q̄ mota est ab appetibili: ꝛ mouēs est appetituz: ꝛ hoc scdm illos q ponunt spēm appetibilē deferre a motu ap petibilis mouentis appetituz cum species talis nihil sit aliud quā motus ille: scz appetibilis mouētis appetituz: ꝛ talis motus est alterationis motus: vnde dicebat Aristo. in de cā motus aialiuz: ꝙ spēs in aīa calefaciūt vel infrigidāt. Aliud est ꝙ hz rōnem mouentis ꝛ moti in eodez gn̄e motus: q: localis: ꝛ illud est duplex: q: quoddaz est mobile ex se: vt musculus: quoddā est non mobile ex se: sz ab alio mouens ēt aliud vt corda que mouet a musculo: ꝛ mouet mē bruz: primuz tāgit cū dicit: a qua ꝓuenit cōis sensus: vsus aūt fuit illo mō loqn di: qm̄ si extimatiua vel cogitatiua iudicare debeat de vno appetibili ex dis

Jacobus

ex oleo rasoꝝ ꝛ aceto infundere increpaui eum dicens pectori esse īponenda: qm̄ sine dubio virtutez regitiuā in alienationibus credimus esse infirmā que virtus fm intentionez athanei in corde fundata est. Non igit bene facis cum postposito mēbro infirmo curas id qd sanuz existit. Nōne vidi te oleo rosarū posito: ꝛ capite iam abraso philodiuz posuisse ꝛ nereleon. Que qm̄ non va luerūt castoreuz imposuisti: ꝛ deinde ventosam eo ꝙ nec illud valuit: ideoqz filiis es illi q habēs in coxa apostema posuit vnguentum in calcaneo. Silr in lethargia nulluz inuenimus aliud membruz curare nisi caput: q: cāe eius sūt passio cerebri: hec Ga. Sed queret aliqs in quo cerebri ventriculo est virtus motiua. Dic ꝙ in oib⁹: q: a qlibz oriunt nerui aliqui motiui. Sz magis vi get in posteriori: q: ab eo exit trūcus arboris motus. Juxta illud Gal. 2. tegni tex. 37. Ipsa vero posterior ps fz se in oibus paucoꝝ sensualiuz ꝑticipat mul toꝝ vero opatiuoꝝ. Sic igit anterius sensibiliuz qdez plurimoꝝ paucoꝝ vero opatiuoꝝ. Et in trāslatione ab arabico ibi scribit. Et hec ps cerebri est radix ex q̄ orit nucha: ꝛ quū est radix ei tūc est radix oibus neruis qb⁹ fit volūtarius motus in toto corpe aialis. Ex ipsa aūt non oriunt nisi pauci nerui numero ad sensum: multi vero ad motū: sicut ex altera pte q̄ est in anteriori nascunt nerui multi valde numero ex neruis sensus: ꝛ nerui pauci numero ex neruis motus. Scda ꝯclusio. Uirtus motiua voluntarie est in spū aiali velut in vehi culo seu deferente. Juxta illud Gal. 4. interioꝝ. c. 2. Spiritū aūt aiatum inten do eum esse q est in ventriculis cerebri q est primuz ex instrīs aie cū quo opat ꝛ mandat sensum ꝛ volūtariuz motuz oibus mēbris. Nihil. n. aptius ꝛ veloci us ꝛ q̄si subito trāsire pōt ab origine motus ad extremitates corpis mouēdas impante motuz motiua virtute q̄z spūs ille subtilis ꝛ luminosus. Tertia con clusio. Uirtus motiua voluntarie est in musculo vel chorda velut in organo. Dico notāter in musculo vel chorda: q: qdā volūtarij motus ꝑ musculū sine chorda fiūt sicut motus cutis frōtis. Sz qcūqz fiunt ꝑ musculū ꝛ chordā ꝑnci palius ꝑ chordaz fieri vident: eo ꝙ musculus est ꝑꝑ chordā: ꝛ chorda est orga nū coherēs iūcture sine medio mouēs eaz. Hāc ꝯclonez quo ad musculū scri bit Gal. primo interioꝝ. c. 16. dicēs. Dico ergo ꝙ ois voūltarius motus nō fit nisi cū lacerto: ꝛ nullus neruus hoc pōt opari nisi cuz cōmixtione lacerti: la certi aūt deuenūt ad mēbra que mouere volūt aliquando absqz colligātia ꝛ aliqū cuz colligātia chordaꝝ. Sz quo ad chordaz Gal. testat. 12. de vti. pti. c. 2. dicēs. Tenon. n. ipsum primuz est motus organū. Musculus vero gn̄ationis eius grā factus est ꝛ cōposite carnis vtilitates aiali prebet. Hec ꝯclusio ꝓbat q: sanitas motus ꝛ ꝑfectio ipsius sequunt īmediate sanitatē musculoꝝ. Et in ciso aliq̄ vel aliter grauiter leso musculo vel chorda statiz tollit mot⁹ solit⁹ ab eo vel ab ea ꝓuenire. Quarta ꝯclo. Uirtus motiua volūtarie est in neruo tāq̄z in ꝑncipaliori ꝑticula sui organi sicut virtus visiua est in cristalloyde tanq̄z in principaliori pte oculi. Probat: q: ꝯstrictis venis ꝛ arterijs veniētibus ad mu sculuz vel attrita carne eius sine neruo nō impedit motus a musculo illo ve nire solitus: sz eius cōstricto neruo vel eo inciso tollit ilico. Ad rōnes dic ꝙ 4. vltime ꝓbant nūc positas ꝯclones. Ad alias in ꝯtrium ꝛ primo ad primam dic ꝙ lz in bono appetibili sit vis primo mouēs. Nam bonū est qd sua vi nos trahit ꝛ sua dignitate nos allicit: vt ait Tulius: nō est tn̄ in eo fz ꝙ tale est vir tus aie motiua volūtarie de qua est questio. Ad scdam dic ꝙ volūtas ꝑ affectū lata in bona contēplata ꝑ speculatiuuz intellectū est sepata ab organo: sz ipsa vt versat circa agibilia aut factibilia a nobis impando motuz volūtarium est quodāmō organica. Et silr dic de intellectu practico. Ad tertiaz nega si vis Aristo. ꝛ Auer. q: ꝯdicunt ibi medicis: ꝛ his que apparent ex anatomijs. Ad quartaz dic ꝙ cōcupiscitiua virtus nō est proprie in epate: sz occasionaliter: ꝛ quodāmodo initiatiue. Nam cuz oibus membris nutrimentuz prebeat epar: vnde descinditur sperma quod est velut calcar ꝛ stimulus veneree lasciuie: di ci enim solet. Cogit amare iecur idest epar quasi sit in eo principium veneree concupiscentie: non tamen est in eo virtus concupiscitiua motiua voluntarie neqz apprehensiua aliqua decernens motum. Ad quintam concede ꝙ est in spiritu velut in vehiculo. Ad sextam concede ꝙ est diffusa per totuz ani mal quantum diffundunt chorde ꝛ musculi velut in organo.

Et eius ꝛc. In. 2. pte dicit ꝙ penetratio vel trāsitus virtutis mo tiue a cerebro ad musculos est in neruis q cuz musculis sunt ꝯtinui. Cui ꝯdicere vr̄ Auer. scdo colliget ca. 18. dicēs. Et qm̄ opinat me dici ꝙ motus musculi fit a neruis opinant falsuz: iō q: si ita esset neruus moue retur aut ꝑ se: aut ꝑ aliud hoc est ꝑꝑ aliqd principiū qd est in eo. Et si ītelligat ꝙ neruus solus nō mouet volūtarie verū dicit: nec ꝯdicit medicis: si vero itel ligat ꝙ neruus nō defert virtutez motiuā ad organuz motus. s. musculū vel ꝙ non est ps musculi potior ꝛ principalior nō credas ei: q: ꝯdicit ī hoc medicis ꝛ expientijs ex anatomia habitis: sz ipsemet in fine dicti capli suuz detegit erro rem ꝛ nos male instruit dicēs. Egritudo a qua ꝓuenit lesio in motu est primo ꝛ ꝑ se ī musculo ꝛ ꝑ moduz colligātie ī cerebro ꝛ neruo. Quare medicus dz cu rare lesiōez istius mot⁹ intēdēdo: prīo ad musculū: ꝛ scdario ad cerebrū ꝛ ner uuz: hec auer. Cui si credamus ī appoplexia lethargia ꝛ paralisi vlī remedia localia applicabimus supra musculos pedū ꝛ tibiaꝝ: q: lesi sunt ꝛ ꝓuati mo

cursu intentionū indiuidualiū eget in hoc cōi apparitione imaginatiue virtu tis ꝛ ēt memoratiue. Scdm tetigit cū dixit iudiciuz extimatiue virtutis. Nam virtus imaginatiua nō est illa que mouet ꝑ spēm apprehensaz: eo ꝙ ipsa asser tionez vel nō assertionez non facit de illa. Sed extimatiua est illa que mouet eo ꝙ ipsa est asserēs vel nō asserens de spē appetibili apprehēsiua. tertiuz teti git cū dixit in vno quoqz musculo est nā alia ꝛc. Et dixit signanter nā: q: licet motus musculi principiuz sit iuditiū: modi tn̄ motus ipsius principium est na tura: que ī vno quoqz mu sculo alia est: eo ꝙ etiam modus motus qui est in vnoquoqz musulo alius ē ꝛ alius.

cipij motuuz specificatur. In vno quoqz igitur musculo est alia natura que est se quens iudiciuz estimatiue a qua proue-

Et ista natura: in musculis existens non est aliud quam quedam natura derelicta in musculis in ꝑncipio plasmationis ipsoruz a virtute intel lectuali diuina: illis similis existens: sicut etiam in cultello cum factus est de relinquit quedaz virtus in ipso ab arte que est in aia fabri: similis illi: ꝑ quam pōt incidere vel perforare ꝛ silia facere: quartuz autem non tetigit: q: hoc no tum erat ex precedenti pte. Et ex his que hic dicunt appz solutio illius qōnis in qua querit: vtrum virtus motiua sit vna vel plures. Et dicendum ꝙ est vna spē: sicut musculi corpis ꝯueniunt in nā vna scdm spēm: sed est plures nu mero: sicut musculi corporis sunt plures numero: pōt etiam dici vna numero ratione sui obiecti. s. appetibilis quod est vnum numero.

De partibus

a Dicemus tu. Attende ꝙ circa penetrationē motiue virtutis ī neruis vel ꝑ neruos du plex fuit opinio sicut prius memoratū est. Una dixit ꝙ virtus motiua existens in cerebro irradiat ꝑ neruos sup organa motus nihil corporeū eis trāsmittēs. Et se fundat sup illo Gal. ꝓ⁰ interioꝝ. c. vltimo. Et aiato instro ꝟtus a funda mēto et initio venit sicut splēdor solis ad rez in q̄ splendet. Et itez sup hoc ꝙ nerui motiui nō sunt ꝯcaui: sz paruij ꝛ sic sunt penetrabiles a lumine nō a cor pore: sicut vitruz a lumine penetrabile est ꝛ nō ab athomis. Et itez sup hoc ꝙ ad imperiū volūtatis vel appetitus insidētis cerebro q̄si subito ꝛ ī instāti pe des mouent ad quos tam subito nō vr̄ posse penetrare corpus aliqd sz lumē. Alia opinio dixit ꝙ virtus motiua spūs aialibus imprimit ꝛ ꝑ eos corꝑali trā situ defert ad musculos. Et ista opinio est famosior ꝛ verisilior ꝛ magis respō dens eis q̄ apparent in paralisibus ꝛ dormitatiōibus ꝛ appoplexijs: ꝛ lethar gijs: in qbus oppilatio ꝓhibens trāsituz spūuz tollit motuz: ēt si fiat ex pħiate vitreo vel aquoso ꝓuio lumini. Itez fatigatio ꝟtutis aialis nō fieret nisi eēt ni mia spūuz resolutio in motu. Itez ex frigore ꝯgelāte neruos nō cessaret horuz motus: q: ꝯgelata sunt penetrabilia a lumine sicut glacies cristallus ꝛ vitrū.

Et est genus ꝛc. In. 3. pte dicit primo ꝙ virtus motiua ē genus ꝙ specificat. i. in diuersas spēs diui dit fm specificationez ꝑncipij motuū. i. fm diuersitatez specificaz musculoruz q sunt īmediata ꝑncipia motuuz: vel fm diuersitates virtutuz qbus motus at tribuit que sunt volūtas: appetitus irascibilis ꝛ cōcupiscibilis: ratio: electio: estimatiua. Uel fm diuersa gn̄a bonoꝝ appetibiliū ꝛ maloꝝ fugiēdoꝝ diuersi mode mouētiuz appetitiua. Uel fz hītus diuersos qbus informat intellectus practicus. Aliter. n. ꝛ aliter mouet fm habitus artium ꝛ prudentie ꝛ inertie ꝛ stultitie qui sunt in eo. Et q̄zuis penes hec quattuor species motuuz diuersifi centur. Prima tamen expositio plus consonat littere sequenti. Secundo di cit ꝙ in vnoquoqz musculo est alia nā. i. motiua virtus alia a motiua alterius musculi que est sequens iudiciū estimatiue sup amico ꝛ inimico fugiendo aut prosequendo a qua. s. estimatiua prouenit cōis ꝯsensus. i. que consentit gene raliter appetitui in omni motu volūtario: tam brutoꝝ q̄z brutaliū hominū se quentiū estimatiuaz ꝛ nedū consentit: īmo decernit esse mouendū: vel expone a qua. s. natura musculi prouenit cōis consensus. i. obediētia mouendi gene raliter fm imperiū ꝛ decretum estimatiue. Attende hic in quibusdaz libris hec clausula a qua prouenit cōis cōsensus in margine sic exponitur. i. ea in qui bus conueniunt cōiter. s. per se nota quasi velit īnuere ꝙ principia per se no ta ꝛ naturalis inclinatio nostra ad bonum ꝛ verum ab estimatiua procedant. Queritur hic vtrū virtus voluntarie motiua vniuscuiusqz musculi sit spe cie distincta a virtute motiua alterius musculi. Uidet ꝙ sic per principem hic dicentez ꝙ motiua virtus est genus qd specificat fm specificationez principij motuū: ergo habet sub se species diuersas. Item dicit hic ꝙ in vnoquoqz mu sculo est alia natura: sed natura musculi est esse motiuuz. Item tot sunt sensus exteriores specie distincti quot sunt organa sensuum specie distincta: ergo tot erunt virtutes motiue spē distincte quot sunt musculi specie distincti. s. ad di uersa officia deputati: hoc. n. facere vr̄ diuersitatez eoꝝ specificā. Itez tot sunt nutritiue virtutes ꝛ generatiue spē: quot sunt mēbra simplicia: sicut prius de terminatū est. Nā virtus carnifica alia specie est ab ossifica ꝛ neruifica: ꝛ sic de alijs: ergo a simili tot erunt spēs motiue quot sunt musculoꝝ. Itez virtutes di stingunt spē per actus ꝛ obiecta: sed certū est ꝙ actus masticationis ꝛ obiectū eius differunt spē ab actu ambulationis vel apprehensionis manualis ꝛ eius obiecto: ergo ꝛ virtutes qbus exercent. Oppositū huius sensisse vr̄ Gal. tertio morbi. c. 3. dicēs. Actionis tn̄ motus ꝛ instrm istoꝝ vnuz est qd ostēdi in libro quē de lacertoꝝ motu intitulaui: lz quodāmō diuersa sint instra ꝛ ꝑticu laria diuerseqz spēs appareāt. Itez ex eisdez specie cōponit ois musculus: scz ex carne neruo ꝛ ligamento: ꝛ eadē est ps ꝑncipalis in eis oibus. s. neruus: er go eadez erit spē virtus eoꝝ: q: diuerse virtutes diuersa sibi determinant sub iecta: ꝛ infundunt vel educūtur fm merita materie phlegmatice signate. Itē eidem actioni ꝛ eidem membro seruiunt multi musculi vt motui pectoris ser uiunt musculi numero. 207. sicut prius ostensum est. Item sicut virtus vege tatiua est eleuata supra naturam inanimatorum per posse exercere plura ope ra specie distincta: sic motiua animalis eleuata est supra vegetatiuam per pos se in multo plura opera q̄z ipsa. Nōne vides ꝙ eadem manus potest in mille milia operum specie distinctoꝝ. Item si propter diuersitatem operationum ꝛ obiectorum in specie velis distinguere specie virtutes anime: nūq̄z pertinges ad earum numerum. Nam motina virtus potest in omnia opera artis ꝛ iner tie: prudentie ꝛ stultitie: ad que etiaz specie distincta numeranda non suffice rent mille anni. Item inrellectus in omnia potest vt ante dictum est: quomo do ergo ex actibus ꝛ obiectis specie distinctis numerabis species eius. Item virtus voluntarie motiua non est in musculis tāq̄z forma ipsoruz fixa: sed in spiritu animali vel in cerebro. Juxta illud Galieni primo interioruz capitulo vltimo. Inter instrumentuz aiatum ꝛ naturale magna est differentia sicut in pluribus locis ostendimus. Nam naturale instrumentum habet naturalem virtutem suam actionem facientem et animato instrumento virtus a funda

mento

Capitulum postremum huius doctrine de operationibus.

D Icemus ꝙ operationum singu/larium zc. Postq̄ Auicenna determinauit de virtutibus. In parte ista determinat de operationibus. Et causa huius potest esse: quoniam licet operatio sit effetus a virtute procedens: non est inconueniēs ꝙ aliquid appropriatum sit operationi ꝙ non sit appropriatum virtuti: vt puta hoc ꝙ est operationem vnam procedere a duabus virtutibus: z quantuz ad hoc ꝙ appropriatum est operationi ꝙ non est appropriatuz virtuti: determinat hic Auic. de operationibus. Et primo proponit ꝙ intēdit de eis determinare hic: secūdo de eis exequitur: secunda ibi [Sicut cibi] Circa primam partem est dubitatio: diceret aliquis quare Auicen. dixit operatio-

nit communis consensus.

Capitulum postremuz huius doctrine de operationibus.

D Icemus ꝙ operationum singularium alie sunt q̄ ab vna complētur virtute sicut verbigratia digestio. Alie sūt que a duabus complentur virtutibus sicut cibi desiderium quod completur a virtute naturali attractiua: z a virtute sensibili que est in ore stomachi. Attractiua vero operatur ex hoc ꝙ mouet villum q̄ sm longitudinem protenditur requirendo illud qd attrahit z sugēdo ex humoribus quod est sibi proprium. Sensibilis antez operatur in hoc ꝙ hanc sentit passionem: z quia sentit mordicatio

num singularium. Juxta ꝙ est intelligendum ꝙ signanter est dictum contrahit enim ꝙ commune est. Et ideo quot modis operatio aliqua est communis tot modis dicitur singularis: modo operatio aliqua dicitur cōmunis tripliciter: vno modo communitate predicationis: sicut operatio naturalis que predicatur de digestione attractione z alijs. Alio modo cummunitate participationis: vt operatio que fit a pluribus membris participatiue dicitur communis: sicut nutricatio. Alio modo communitate vtilitatis: sicut ē digestio stomachi. Modo etiam operatio his tribus modis dicitur singularis: z hic sumitur opatio singularis primo modo z secundo: non autem tertio: quoniam secunduz Auicen. hic appetit⁹ cibi a stomacho est operatio singularis: z tamen hec operatio est communis iuamenti toti. Sed tu dices non vr̄ ꝙ opatio aliq̄ fiat duplici ṽtute: qm̄ operatio sequit̄ virtutez. Et ideo si virtutes erunt plures per consequens operatio erit plures. Dicendū ꝙ operatio que a vir/

Jacobus de partibus

mento z initio venit sicut splendor solis venit ad rem in qua splendet. Non ergo virtus motiua diuersificatur sm diuersitates musculoruz: nisi dicatur ꝙ spiritus acquirit complexiones diuersas sm diuersitatez musculorum quib⁹ transmittitur sicut in organis sensuuz contingit. Sed id non videtur verum: quia cum musculi omnes ex eisdem generentur partibus fere sunt eiusdez cōplexionis: sic autem non est in organis sensuum. Pro solutione dubij z rationum. Attende primo ꝙ quorundaz fuit opinio virtutez motiuā non inesse musculis per modum forme seu virtutis fixe in eis: sed ad instar maris fluentis ad littus. Et post in se refluentis quandoqz a cerebro ad musculos fluere: z post a musculis in cerebrum redire specialiter hora somni: z fundant se in verbo Galieni nunc allegato ex primo interiorum: z in hoc ꝙ vident auferri motus a mēbris constrictis aut scissis neruis qui veniunt ad ea a cerebro aut nucha. Sed huius contrariuz ex hoc apparet ꝙ musculus est organum propriū motiue virtutis: sed quelibet anime virtus organica ꝓprijssime est in suo organo velut eius forma teste Aristo. scd̄o de aia. Dicente ꝙ si oculus esset animal visus esset anima eius. Et ad verbum Gal. z apparentiam de neruo stricto vel scisso dic ꝙ probant virtutez motiuam que est forma musculi indigere spiritu sibi misso a cerebro anteq̄z exeat in actum. Attende secundo ꝙ musculi dupliciter possunt ꝯsiderari. Uno modo in se sm sua componentia que sunt caro: neruus z ligamētuz. Alio modo sm colligantiā quaz habent cū iuncturis z mēbris quibus applicant̄: z que ipsi mouent. Juxta hoc dic primo ꝙ oēs musculi eiusdem aialis in se considerati sm sua cōponentia sunt idem specie differentes numero: istud probāt aliqua ex allegatis post oppositum. Dic scd̄o ꝙ virtus voluntarie motiua vniuscuiusqz musculi ꝯsiderati sm colligantiaz quaz hz cum membro qd̄ mouet differt specie a virtute motiua musculi mouentis aliud membruz. Probat̄ per aliqua ex allegatis ante oppositū z specialiter per vltimū. Nam gressus apprehensio manualis emunctio masticatio egestio vrinatio sunt operationes specie differentes: z similiter virtutes a quibus procedunt.

Capitulum postremum huius doctrine de operationibus.

D Icemus zc. Expleta summa de virtutibus z spiritibus z operationibus vniuscuiusqz virtutis. In hoc capi. singulari quod est de operationibus procedentibus a diuersis principijs: princeps primo agit de operationibus procedentibus a duabus virtutibus sub quattuor exēplis. Scd̄o de operationibus procedentibus ab vna virtute z vna qualitate ibi [Et forsitan plerūqz] Tertio incidenter de dr̄ia inter attractionem a calido z vacuo z attractionem a naturali virtute ibi [Et caliditatis]

Prime partis sunt particule qnqz. Prima diuidit operationez singularem in illam que fit ab vna virtute z illam que fit a duabus. Scd̄a declarat quō cibi desideriuz: fit a duabus ibi [Attractiua] Tertia declarat idem de transglutione cibi ibi [Et similiter transglutiendi] Quarta declarat idem de transitu nutrimenti ibi [Transitus quoqz nutrimenti] Quinta de secessu z vrinatione ibi [Et similiter] Due prime particule sunt presens textus.

In prima parte dicit ꝙ operationuz singularium: alie cōplent̄: ab vna virtute sicut digestio. Alie a duabus sicut desideriuz cibi qd̄ completur a virtute naturali attractiua: z a virtute sensitiua existente in orificio stomachi.

